

August Varenius Johann Gabriel Sandhagen

**Hierosolymam Ante Abductionem In Captivitatem Babyl. Bis Excisam Et
Aliquoties Occupatam Disputatione Academica Adiuvante Numine Consensu
Venerandae Facult. Theologicae Sub Praesidio ... Dn. Augusti Varenii ... d. XX.
Maii. A. M.DC.LXXXII. In Templo Johanneo ... publicae eruditorum censurae
exponit Johann Gabriel Sandhagen Borcholthusa Westphalus, Auctor**

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1682

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn73756301X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 20.Mai 1682

Varenius, Aug./a

HIEROSOLYMAM

ANTE ABDUCTIONEM IN CAPTI-
VITATEM BABYL. BIS EXCISAM ET
ALIQVOTIES OCCUPATAM

Disputatione Academica

ADJUVANTE NUMINE

Consensu Venerandæ Facult. Theologicæ

Sub PRÆSIDIO

VIRI

SUMME REVERENDI MAGNIFICI
ET EXCELLENTISSIMI

DN. AUGUSTI VARENII,

Theologi Doct. ac Professoris celebratiss.

Consistorii Sereniss. Ducum PRÆSIDIIS graviss.

Collegii Ducalis, Facult. Theol. & totius Acad.

SENIORIS venerabilis.

DN. Praeceptoris, Patroni, ac Fautoris sui, filiali pietate

& obseruantia devenerandi,

d. XX. Maij. A. M. DC. LXXXII.

In TEMPLO JOHANNEO, ob Auditorii magni renovationem

hujusmodi actibus destinato,

publicæ eruditorum censuræ

exponit

JOHANN GABRIEL SANDHAGEN

Borcholthusâ Westphalus,

AUCTOR.

ROSTOCHI, LITERIS VID. P. KEILENBERGI, ACAD. TYPOGR.

**MAXIME REVERENDIS, AMPLISSIMIS
ET EXCELLENTISSIMIS,**

DN. SAMUEL I. POMARIO,
SS. Theol. Doct. celeb. atq; Eccles.
Lübecensium SUPERINTENDENTI
vigilantissimo.

ET
DN. PHILIPPO JACOBO
SPENERO,
SS. Theol. itidem Doct. celeb.
Ecclesiae Francof. ad Moenum PASTORI
fideliss. ac Rev. Ministerii, quod
ibidem est, SENIORI
devenerando.

Meis in Christo Patribus, pietate
qua filiorum est, suspiciendis,

Exiguum hunc laborem
sacrum cupio

J.G. SANDHAGEN;



AD BENIVOLUM LECTOREM.



Unromnes, qvialiquid & judicii &
eruditionis ad historiam & chro-
nologiam sacram V. T. doctissimis
suis observationibus & medita-
mentis eruendam illustrandamq;
in commune contulerunt, suâ,
qvam merentur, laude publicaque
fama sint digni, non minus inter
ornamenta seculi censemendi fuerint, qvi primaria
animi destinatione, in unis Hierosolymis, illâ, qvon-
dâ celeberrim æ nationis, & vel universi orbis, illa di-
vinâ religionis & politiæ splendoridioris, acropoli, ejus-
que historia & Chronologia, ex ipsis, qvibus urgetur
alicubi, longæ noctis opacis, in lucem meridia-
nam revocandâ, partem qvandam studiorum, ner-
vosque ingenii desigunt, de qva metropoli verius &
reverentius pronunciare licebat, qvod de Carthagî-
ne qvondam Salustius Marco Tullio perfamiliaris
essatus est : *Tacere de illa satius est, qvam pauca dicere,*
cum vel ipsius S. Spiritus judicio, formidando terrâ
Reges in admirationem pariter & sacrum qv en-
dam tremorem vel horrorem abripuerit, illius ur-
bum Regina sola contemplatio, qvippe Davide
testa, Reges qvidem ad illam convenerunt, Eprogres-
si sunt pariter : ceterum, sicut viderunt, admirati con-
turbatique sunt Ps. 48. 5. 6. Neqve verò imperatur
admirationi silentium : sed veneratio potius & sacra
qvadam commemoratio, qvam ad externa usqve
magnificentiae spectacula vel ostamenta divinus
extendit in purpurâ basilicâ præco, dum jubet con-
sultorem, circum Zionem, numerare turres ejus, apponere

animum ad muros. vel munimenta ejus, & per plateas Hierosolymorum quasi deambulando, lustrare ocu- lis animis que tremebundis, palatia ejus (ibid. v. 13. 14.) ut tamen felicitatis & excellentiarum illius apex a Davide, non in saxis s. editis ab omnilitate statuatur montibus, non in profundissimis, quales dabantur in primis inter Zionem & civitatem inferiorem, val- libus, non in exaedificatis ad stuporem usque moeni- bus vel turribus (de quibus quomodo suâ habuerint ætate Josephus l. 6. de B. I. c. 13. Tertius, inquit, mu- rus turres 90. habebat, quarum intervalla erant cubi- torum 200. et si admirabilior, præ ceteris, turris Psephina, ex qua per 70. cubitos supra muros edita, sole orto, Arabia prospici potuit, Et mare, Et finium Hebreorum ultima, et si contra illam Hippica turris, Et iuxta banc due ab Herode M. exaedificatae, magnitudine, pulchritu- dine, firmitate, universis, que toto orbe essent, præstit. Medius vero murus in 14. turres, Et antiquus in 60. di- vi- sus erat: omne autem civitatis in gyro spatium 33. sta- diis finiebatur) sed in sublimioribus longe excellen- tiis, quas inter primaria facile censenda, quod me- tropolis illa, testimonii Israelis, tabularum sc. legis & illius כהוב טפש s. scripti corporis Juris divini esset depositaria Ps. 122. 4. 147, 19. 149. 9. & quum, Da- vidis & Salomonis ætate, inter se pulcherrima qua- dam concordique communione coagmentata constaret, propter illud præclarum depositum s. τὴν ἀγλὴν τὸ δια- τέλεον, ibi considerent throni juris, throni domus Davidis, ac eō ex omnibus tribubus confluenter Consultores Legis s. testimonii Israelis Ps. 122. 3. 4. 5. unde sanctissimum illud Davidis gaudium (ibid. v. 1. 2.) pacis & tranquillitatis votum.

votum (v. 6. 7.) & propter communem sibi cum
tribubus omnibus, & proselytis quoque, domum
Domini, ac ejusdem religionis consanguineos, pro-
curanda pacis & boni publici studium (v. 8.9.) quod adeo
illa esset civitas Dei, in qua נְכָבָרוֹת מִרְכָּז s. non nisi
gloriosa, illi, cui debetur gloria et uisus, prædicarentur,
in qua ignis & furnus DEO, consiliis mirifico, præpo-
tentia illorum præstatione mirifico, in cuius templo Ma-
jestas & benignitas Dei publicis præconiis celebra-
retur, & itidem ad extremos usque terræ fines persona-
ret, ut sic, non ad editos montes sanctos, in quibus
fundatae portæ Zionis erant, oculos David vel Isra-
elita Confessor attolleret: sed ad Deum, in illa ci-
tate sua & præcipue in palatiorum omnium palatio-
s. Templo sancto gloriosè sese manifestantem, ac inde
illud Davidis: DEUS, inquit, in palatiis ejus agnoscitur
pro edito refugio, atq; ita auxilium Israelis exspectaretur
a DEO qui fecit cœlos & terram Ps. 87. 8. Isaia. 28. 29.
c. 31. 9. Ps. 48. 4. 10. II. Ps. 121. 1. 2. Unde licet sub V. T. non
deessent splendidissima docentium tabernacula, & in
editis ut plurimum collibus exstructa Prophetarum
Collegia, ingentibus Prophetarum discipulis s. Filiis,
nec sine singulari Spiritus S. plenitudine, juvenes saepe
horum animos devotos afflantis, frequentata
musicis quoque concentibus ad attollendos animos,
sonora (vid. I. Sam. 10. 5. 6. 10. c. 19. 20. 23. Cant. c. 1.
7. 8. 2. Reg. 2. 3. 5. 15. c. 9. 1. 4.) ex quo tamen dedicata
tabernaculo, & mox Templo, Hierosolyma, dilexit
DOMINUS portas Zionis per cunctis tabernaculis Jacobis:
quin, quia Hierosolymis revelandus erat Messias Tem-

)(8 pli

pi gloria, & in illâ sacrâ metropoli ex omnibus nationib[us] sub cœlo conscribendus exercitus Evangelicus, sic ut Egyptii, Babylonii, Palestini, Tyrii, Æthiopes, ibi regenerantur & inde in orbem universum exiret sonus Apostolorum Ps. 87. 2. 4. 5. 6. inde jā pulcherrima illa nomina, ut Hierosolyma, præcipue quod ad monte Zion, & dedicata templo, Aquilonis latera, appellentur Davidis כְּנָסֶת נָשָׁר שְׁמַעְיָה מ[on]s pulcher tractu, gaudium non Iudeorum solum: sed & universa tetra, urbs Regis Magni, ipsius sc. Dei qui agnoscatur, & celebretur in palatis eius Ps. 48. 3. quomodo & Hebreis מִלְּגָנָסְתָּא urbis vana spe præstolantibus appellatur illa בְּשָׂרֵךְ i. e. per אֲבָרְבָּן initialium literarum voces רַאשֵׁוֹת חִכּוּבָּן פְּנַרְחָנָן Decor splendoris glorie nostra, ac prout de veteri Jerusalem explicant illud כְּנָסֶת יְהָוָה tali commentatione: DEUM benedictum divisiisse seculum s. orbem in 7. climata, quæ in lingua S. appellantur נוֹמוֹת in quibus mutatis luculenta detur mutatio & aeris & sanitatis, ratione temperamenti natalis: אַבְּרָן וּרוֹשֵׁן הַיּוֹתָה יְפֵת הַנּוֹתָרָה וּכְלַיְלָה אליה מ[on]s[er]vir[us] הנּוֹתָה יְחוּדָה כְּרִיאָה וּשְׁלָמָה i. e. certum Jerusalem esse pulcherrimi & temperatissimi omnium climatum, sic, ut si quis eò perveniat ex aliis terrarum plagiis vel climatibus, sanus & incolmis permaneat. vid. Aband. in Michal Jophi. Ita de novissimâ illâ sub templo u. circa Messiae nostri tempora, pronunciant in Jalkut, quod illa metropolis 481. habuerit Auditoria publica s. docentium & discentium sacra Collegia (Græcæ Synagogas appellatas quomodo & Libertinos Hellenistas sc. τάς ἀπόλευθρα, libertorum filios, ut plurimum generis Græci, qui Romæ vel alibi apud Proceres servitute servierant, Judaismi sedis-

sectatores s. Iudeorum, & Cyrenios, Alexandre
drinos, Cilices, Asiae minoris proselytos suas habu-
isse Hierosolymis Synagogas, & in disputationem
vel ~~voluntatem~~ descendisse cum Stephano Protomartyre
constat ex Act. c. 6. 8. 9. cuius numeri symbolum
mnemonicum commendarunt in voce מֶלֶךְ Jes.
1,21. & illorum ac Hierosolymorum pari splen-
do reædificationem exoptant abbreviaturā additā
בָּנָה וְחַכּוֹן בְּכָהָרָה s. ex-
adiscetur & redimatur celeriter in diebus nostris!
Atq; illa tanta Hierosolymorum, in ipsis hymnis Da-
vidicis, ad numeros usq; turrium recensendos, & lustran-
da oculis interioribus illius urbis mania & palatio,
commendatio, per pulit Præcellentem Juvenem DN.
JOHANNEM GABRIELEM SANDHAGEN, S. S.
Theol. Cultorem florentissimum, ut post explicatas
peculiari tractatu in intyta Julia portas Hierosolymo-
rum, & editum proximè de ipso splendidissimo quondam
Templo sermonem publicum, iret in meditamentum
doctissimum Casuum, sive Occupationum potius vel Ex-
pugnationum lamentabilis urbis, & his in certos nume-
ros revocatas, præfulgente scriptura, & Josephi præ-
cipue, historia, peculiari sacra dissertatione publica
collationi Academicae submittit. Licet autem ali-
cubi, præcipue circa Occupationem 6. & 7. & illos ipsos
Principes exercitus Regis Assyrie, à quibus extra urbē ve-
in spinae, vepribus pectoribus memoratur Manasses 2. Chrō.
33.10. (quos Regi Chaldaeo s. Babylonio jam tunc ma-
gnas Assyrie partes tenenti transcribit Josephus, & inter-
regno Babylonico vindicat operose Scaliger in libr. de
etnied. temporum) nec minus, circa expeditionem Ne-
ebonis, ad expugnandum Castellum קְרֵכְתִּים ad Euphra-
tem

cem situm, qvod jam tunc ad novos Dominos Babylo-
nios transiverat, non desint, qvibus non adeo meridi-
ana lux p̄fuselget, prout tamē in vetustissimis Hebræ-
orum sanctionibus cautum erat de obambulante vel
dubia viā aliquando incedente בֵּין הַכְּרָמִים. inter
vineas, lictum sc. tali esse, ut sit פֶּפֶג וְעַלְה מִפְסָג. ut sursum deorsum libere inter
vites discurrat, usq; dum in viam regiā redeat, ita qvoq;
tractatus p̄sens Autor Eruditiss. alicubi discurrere
& differere (qvod nihil aliud est, qvam semina in areolas
spargere) voluit, id feligendo, qvod in tali discursu
videbatur sibi maxime probabile. Bene precandum
sacro illi instituto & laudatissimo Juveni, ut, prout
parifervore literarum sacris operatur, qvo ante octo-
decim annos in hac Academia p̄sivit (publica qvo-
que de LXX. hebdomadibus Danielis dissertatione, me
p̄side, tunc habitā, probatā nobili virium animi
ingeniiq; contentione) Frater Germanus, nunc Vene-
rabilis Ecclesiarū in metropoli Lüneburgā Antistes &
Superintendent religiosissimus, Dominus CASPAR
H. SANDHAGEN: ita tanti fratri famim, parem q;
aliquando in domo DOMINI adipiscatur dignatio-
nem sacram, futurus sic magno οἰηδεῖσθότη utibile
instrumentum, qva sine Tibi, Eruditissime DN Sand-
bagen, in ipsa hujus Epistolii clausula bona verba
dicturus, sic accino:

Εὐτέλης ὁ τοῦ θεοῦ σκοπὸς ἐμπόδιον ἔμειψε νέον
τὴν ἀριθμητικὴν κοινωνίαν.
Ωδὲσση τεσσάρων πενταεπίστολην
πεσσόδεικτην Θεῷ χαροποιήσει βεβοῖς.

Dabam ex Mesoelenio Academicō Rostochi d. 8. Maij.

A. O. R. C. I. C. LXXXII.

AUGUSTUS VARENIUS, D.



S

Anctissimæ URBIUM inquisitionis
ac investigationis ingens emolu-
mentum, obscurum esse non potest,
qui sacris studijs sese dederunt, atq;
ad explicationem divinarum lite-
rarum op eram aliquam adhibebunt;
ut multa variaq; inter studia, qvibus
juvenilis etas ad ista Sancta, divi-
narumq; rerum intelligentiam in-
formari solet, haud postremum locum sibi vendicet: ne jucun-
ditatem dicam, qvæ mirificè animum allucere potest. Non
enim ignotum est omnibus, qvantopere Topographiæ cum
Geographia, Chronologia ac Philologia conjunctum studium
oblectare soleat; cui jucundum non foret, illam qvæ oculis
suis inspicere urbem, qvæ uti sancta, sic celebris, ejus monu-
menta lustrare, qvæ Scripturarum interpretationi non conte-
mnendam luc m lepe numero afferre possunt? Qvæso enim,
qvæ multarum rerum facies? qvæ non unius historia cognitio?
qvæ multorum Scripturæ locorum interpretatio? quando illud
non adhibetur medium, qvod ista omnia illustrat, interpreta-
tur, explanat, h.e. Geographiæ ac Chronologiæ cognitio. Ubi
Sacra Topographiæ studium non negligendum omnino, san-
ctissimæ præter cetera, Hierosolymitanæ urbis; quandoqvidem
illi ipsi ita multa sacræ paginæ loca adhærent, absque illius co-
gnitione & qvæsi typo, animo penitus impresso difficultia sane in-
tellectu, si non prolus reclusa, qvæ innumeris exemplis ostendere non est necessarium. Dedeceus autem, ne gravius di-
cam, ista tractare, uti solemus res non ita magni momenti! E-
videm rei jucunditate, singulariæ usu, atq; etiam vñerandi

A

Fratri

Fratriis mei consilio instigatus, juveniles haud ita pridem conatus, audacter fortè nimis, in oratione de sanctissimo ac stupendo Hieros. Templo secundo; Dein etiam in publica de portis ejusdem *sacratissime* URBIS Disputatione ostendere ausus fui. Licit ingenii mei imbecillitatem alicubi superare probè nō rim, non potui tamen non horis subcisis pergere circa idem fere argumentum, cum voluptas, quam animo excitat, propè sit singularis. Scilicet *extinctiones subversionesq; sanctæ Hierosolymæ cum oppugnationibus expugnationibusq; è divinis inspiratis evolvere atq; eruere literis pro virili laborabo.* His ipsis quidem pagellis ultra *Babyloniorum eversionem* non progressurus, subseqventes Antiochi, Crassi, Pompeji, aliorumque turbas, & fatale excidium, utpote paulo prolixiora, aliquanto differens. *Benedictus DOMINUS DEUS* צבאות צבאות הָבִיטָנָה in monte SION, *Hallelujah!*

I. 7, E. 18.
de B. I.

9f. eruditiss.
Boch. Pha-
leg. p. 340, &
359.

Jnd. I, 8.

Jos. I, 1.

5.
3. seq.

A Condita vero Urbe per Melchisedechum, ut Josephus, vel, uti Judæi, per Semum, quem tamen eundem cum Melchisedecho perperam faciunt, aut alii per alium arbitrantur, cum in re incerta certi quid definire non liceat; prima omnium sive *excisio* sive *expugnatio*, quæ quidem ex Scripturis, tam sacris quam profanis patet; Israëlitarum *promissam terram* occupantium fuit. Ibi namque pugnaverunt filii Iebudah contra Jerusalem, & ceperunt eam; & percusserunt acie gladii: & civitatem miserunt in ignem. Hinc *expugnatio* primū, dein' extrema *disturbatio* atq; *excisio* manifesta quidem, verū non sic manifesta, ut de expugnationis tempore, deq; ipsis eversoribus quæstio non oriatur satis intricata ac difficilis. Enimvero fortissimus Josua, uti magnam promissæ terra partem ipse expugnavit; sic præter ceteros Reges Adonizedechum Hierosolymitanum, cum quatuor adjutoribus suis, Regibus Hebron, Jarmutb, Lachis & Heglon fortissimè debellavit, atque ita vicit, ut eorum etiam primariae urbes Lachis, Heglon ac Hebron expugnatae

306

gnatae legantur. Qvibus Hierosolymam adjunget, qviver.
ba.c.XV. attenderit; Et Iebusæos habitatores Jerusalem non
potuerunt filii Iuda expellere: & habitavit Iebusæus cum fi-
liis Iuda in Jerusalem usq; ad hunc diem, et si ejus expugna-
tio disertis verbis loco allegato non describatur. Inde non
contemnenda qvæstio de dupli expugnatione Hierosolymo-
rum, una vivente Josua (Jof. X. & XV.) altera ipso mortuo à
filii Iuda & Simeonis suscepta (Jud.I.) Et certè è doctissimis re-
periuntur, qvi pro dupli expugnatione ex dictis locis conclu-
dunt, ut primum à Josua aut ejus mandato ab Israelitis, vidua-
ta jam Rege suo (Jof. X.) ac conterrita, cum aliis expugnata &
capta; habitaverint (sunt verba Saliani) simul aliquo tempore
Iudei ac Iebusai (Jof. XV, 63.) pacificè. Cum verò incole
veterani (pergit Salianus) arcis ut videtur nixi præsidio, no-
vos incolas moribus & religione dissimillimos & fortè victoriis
insolentes exegerunt, pacisq; fædera perruperunt: à filiis Ju-
dae & Simeonis, mortuo jam Duce Josua, denuo oppugnata,
capta ac vastata fuerit. Sicq; apte prioribus, qvæ à scriptu-
ra narrata sunt, posteriora congruere facileg; consentire, al-
legato auctori videntur.

Sanè c. I. Jud. primum comma si attendere voluerimus
congruere ac consentire videntur, qvandoq; idem post mor-
tem Josua vers. 1. ascenderunt plii Iuda v. 4. & pugnave-
runt contra Jerusalem v. 8. Revera tamen, semel tantum ab Isra-
elitis captam esse Hierosolymā omnino existimo, idq; temporis
bus Josuæ, licet non ab ipso Josua, sed filiis Iuda & Simeonis; qvæ
admodum Pomerania ejusdemq; urbes expugnatae & subactæ
temporibus Leopoldi Imperatoris, non ab ipso Cælare, sed Ele-
ctore Brandenburgico. Nec necesse est, ea qvæ c. I. Jud. inde à v. 8.
ad v. 21. describuntur, post obitum Josuæ demum contigisse; et si
post terræ distributionē divisionemq; tribuum omnium in here-
ditates suas contigerint; sed fons reddendus: Et factū est post
mortem Josuæ: (id qvod c. I. ad usq; v. 8. & inde à v. 28. c. I. lib. Jud.
seqvitur. Et videtur qvidem illud reddendum. Et in-

vid. Torniel.
Ann. Sacr.
p. 395. & Sa-
lianus Ann.
Eccl. V. T.
Tom. II. p.
336.

terre

A 2

וַיְהִי אַחֲרֵי מֹות יְהִישׁ עַד וּמָתָא
וַיְשַׁאֲלָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּרוּחַ

reddendus: Et factū est post
mortem Josuæ: (id qvod c. I. ad usq; v. 8. & inde à v. 28. c. I. lib. Jud.
seqvitur. Et videtur qvidem illud reddendum. Et in-

terrogaverant filii Israhel Dominum in plusquamperfecto (temporibus nimirum Josue) quo tempore Hebrei destituti in ejus vicem præterito non raro utuntur. Præstat tamen ēnīrodov ad ea, qvæ velut gesta sub Jhesuā memorantur, & per qvandam σώσιψιν recensentur in lib. Judic. cap. 1. dare à v. 8. ubi recte B. Glassis præteritum pro plusquamperfecto positum affirmae, atq; adeo verba וַיָּרְחִמוּ בְנֵי יְהוּדָה בַּיּוֹשָׁלָם vertit: Et pugnauerant filii Iebudah contra Hierosolymam, illisque addit; tem-

Phil. Saer.
p. 643.

Annotatione. pore sc. Josue c. XV, 63. Et Franciscus Vatablus totum comma in plusquamperfecto vertens: Jam autem pugnauerant filii Iebudah contra Jerusalēm, expugnauerantq; eam. Et per- cusserant eam (i.e. cives eius) iense, & injecerant urbē minignem. Qvod si verō temporibus Josue gesta illa sunt, qvæ recensentur bella usq; versum sive 21. sive 28. cadit omnis dupli- cata occupatio. Neq; verō aliter potest, si cum c. xv. Josue conser- tantur, qvo Hebronis Debir, & occupatio totidē in verbis & cir- cumstantiis narratur atq; hoc nostro c. 1. Iud. nisi qvod istic Calebo speciatim adjectis præter Othonielem nullis adjutoribus, qvos tamen habuisse omnino necesse est; hic omnibus filiis Ju- dae & Simeonis adscribatur, qvorum Ducem Calebū cum Sa-

Tom. II. liano non ob pietatem tantum, præstantiam, & statem atq; Ann. p. 334. auctoritatem, sed præmii etiam promissionem qui Ciriath- sepher percuteret, fuisse crederem. Eadem verō ipsi etiam

Josue adscribitur, uti solent primariis militiæ Principibus mi- norum Ducum gesta tribui; & qvod Iudeæ tribum cum Cale- bo dimiserit isto cum mandato, ut urbes eas occuparent: ade- oq; non alio sensu, qvā qvod vivo Josua facta fuerit. Si enim Josue occupatio diversa esset ab illa Calebī; qvī Calebū fi- lios Enakim excludere potuisset, qvos jam omnes Josua de- levisse legitur. Sic enim scriptura habet: Et excidit (Josue) Enakim ē monte, ex Hebron, ex Debir, ex Anab, & ex uni- verso monte Iebudah, & ex omni monte Israhelis; cum urbibus eorum devotioni dedit eos Jebosuab. Non relicti est de Ena- kinis (qvisqvam) in terra filiorum Israhelis; tantummodo in GAZA,

o. XI, 21.

32.

Gaza, in Gath & in Asdod relicti sunt. Si nulli in urbe Hebron
atque Debir fuere relicti, hæc ipsa occupatio ab illa c. XV,
13. 14. 15. Jud. I. 10. 20. non distingueda erit.

Hæret certè Salianu ubi veritas ex Calebis historia ocu- loc.cit.
los ejus perstringit, & in respondendo ad contradicentium ob- p. 117.
jecta varie se torqvet; ut nescio quam sibi sine fundamento
cum aliis duplarem Hebron, vel potius duas partes inferio-
rem ac superiorem singat, quarum alteram Josua, alteram
Caleb expugnabit: donec tandem ad veritatem proprius ac-
cedit, atque semel Hebron tantum captam fuisse agnoscit;
Hierosolymam, nihilominus bis expugnata esse perperam cre-
dit, non attendens quam arctissimè hæ duæ conjungantur.
Post vigesimum enim demum comma, narrantur de Benjami- Jud. I, 21.
nitis (à quibus filii Iudei belli socii non separandi Jos. XV, 63)
quod Iebusites non expulerint. Non dicitur quod nequivive-
rint expellere, sed quod non fecerint, ac si excusandi fuissent
si proper imbecillitatem vincere hostes ipso etiam vivente
Jos. 14. non potuerint; quernadmodum juxta Lutherum Princi-
pis hujus temporibus planitiem sive campestria obtinere non
potuerint, quod ejus habitatores ferreis curribus instructi fuerint
(conferatur tamen Jhos. c. 17. 18) Qvando vero Josua jam occum- 19.9f.
bente præpotentiores facti & acreverant (Exod. 23, 30.) ana- Ios. XV, 63.
themizandi omnino fuissent divino mandato, nec foedus Exod. 13, 32.
cum illis pangendum, nec eorum miserendum. Quod cum Deut. 7, 2.
non servassent, atque non Benjamin solum (cum Iuda & Si-
meon v. 3. c. 1. Jud. conf. Jos. 15, 63.) sed & Manasse v. 27. &
Ephraim v. 29. & Sebulon v. 30. & Aser v. 31. & ceteræ tribus,
tributarios potius facerent populos expellendos, quam ut Di-
vino præscripto extirparent; inde matrimonia cum illis c.
III. 6. divina lege prohibita, ac porro abominanda idolola-
tria atque hinc illæ lacrymæ, Angeli ipsius foederis reprehensio
c. II, seq. & inficta servitutes gravissimæ c. III, seqq. Ecce
vero nexum, in quo quid jure desiderari possit vix video!

Atq; igitur de Ima omnium expugnatione S. urbis Hie-
roso-

rosolyme nobis constabit, quæ à temporibus inde Melchisedechi, celeberrimi illius in sacris Regis ac Sacerdotis Divini Maximi, intacta & inconcussa, quantum quidem nobis licet quere potest steterat. Illius enim regiam **שָׁלֵם** Salem cum nostro יְרוּשָׁלָם Jerusalem eandem fuisse pluribus demonststrari posset; sicut etiam ex vocibus **יְהוָה יְרָאָתָן** videbit (notissimi in Evang. p. illius Abrahami **יְרָאָתָן** **יְהוָה** Dominus providebit Gen. 42. 43. XXII, 8. 14) & **שָׁלֵם** Salem, nomen יְרוּשָׁלָם confiatum: et si de immutationis tempore præter conjecturas nihil afferri possit. Quas inter haud est improbabilis Peri Demonstr. Danielis Huetii celeberrimi Galli, quando Israëlitæ ipsum-
Ev. Tom. I, que Josuam, postquam vicinala loca insederunt, memores Abramici dicti & inpositi loco nominis, novum nomen urbi fixisse
p. 285; ex veteri Salem, quod à Jebusætis finitimisque genibus habebat, & altero **יְהוָה יְרָאָתָן** Dominus videbit, quod ab abrahamo babaerat, probabiliter dici posse censer.

Jud. I, 8.

Jof. X.

2. Sam. V.

Jof. XV. 6.

Jud. I, 31.

Interim expugnatio fuit qua cum EXCISIO ac vaflatio conjuncta esset. Ceperunt enim eam filii Judæ & Simeonis & percusserunt acie gladii, & civitatem miserunt in ignem, siue injecerunt ignem in urbem i. e. totam conbusserunt. Idque ideo fortassis, quod ejus Rex præcipios Reges Canaan ad arma concitaverat adversum Israël & Josuam, magna audacia & furore bellum gerens; si non singulari quadam irruptione in ipsos filios Judæ ejusmodi severam animadversionem æ rerum omnium disturbancem sibi ipsis incolea contraxerunt: in primis, cum propter vicinitatem eorum qui arcem urbis strenuè defendebant, haud difficulter Judæi animadverterent, occupatae partis inhabitationem liberam sibi ac pacificam non fore in non ita magna suorum copia, atque adeo igni potius quam hostibus eam committendam. Hæc namque ab ista distingueda, urbs sc. ab arce munitissimi montis Sionis, inferior civitas à superiore quam usq; ad Davidis tempora relinqueret Jebusæis coacti sunt, ut propterea habitatores terra, & cum filiis Judæ ac Benjamin in Jerusalem vel hujus agro, pagis atque

(8) 7 (8)

atque oppidis, habitasse dicantur. Ita enim hoc mallem de cohabitatione in eadem regione, quam intra solos eosdem urbis muros intelligere; (Conf. tamen Jhos. 15. 63. c. 18. vers. 28.) quemadmodum res ipsa loquitur, non minimam regionis partem, Hierosolymam agnoscisse Domitiam, quam Judæ & Benjaminitæ cum Jebusæis ita distribuerunt, ut alterutri parti hic, alii iste ager, pagus, oppidum cesserit: pacem inter se invicem ita colentes, si continua bella, incursionses direptionesq; vitare voluerunt. EXCISA verò igne ferroque URBE in sacris clarissima, ac celeberrima deinceps per universum orbem, magnis divinisq; rebus sanctissima, ab Israeltis ac præcipue Judæ & Simeonis filiis vivente Josua, reædificatio ejus atque inhabitatio filiorum Israel ante Regum initium patet, sed ut qya atestate, quoq; judice id factum sit, ostendere ego non possum. Etenim quando Levita veniebat Jebus s. Jerusalēm, dicebatq; puer Domino suo: *Veni obsecro, & declinemus ad urbem Jebusæi hanc & pernoctemus in ea.* respondebat Levita: *Non concedemus ad URBFM ALIENI-GENARUM, qui non sunt de filiis Israëlis.* Adducam
huc verba Summe reverendi Dn. D. Sebast. Schmidii: *Quæso Comment. te! inquit, si Hierosolyma à tribu Judah tum temporis jam in libr. Judæ reædificata & inhabitata fuit, cur eam Levita vocat urbem Pi. 74. Alienigenarum, qui non essent de filiis Israëlis? Si enim utique etiam aliqui Jebusæorum in ea quoque habitarunt, num verò istud nomen propterea meruit. Qvod si puer Levitæ de urbe Jebusæorum, quam tribus Juda nunquam expugnare rat locutus est: cur herus ejus non saltem in alteram urbis partem, in qua Israëlite erant concessit, si hæc jam restaurata fuit, & revera Israëlite in ea habitaverunt? cur ad Gibeamus progressus est? Tum itaq; nondum erat restaurata Hierosolyma, qua combusta fuit. Hactenus celeber. interpres Postquam verò restaurata fuit, licet hostibus quasi circumseptus esset Israel, qui magnis conatibus, multoq; non raro rerum successu contra eos pugnârunt; eò tamen res ipsorum non fuere redactæ, ut Hierosolyma quod qvidem scriptura*

Jud. xix, 10.
III.

II.

Jud. 74.

referat, Israelitis inhabitibus erpta, imò verò ne expugnata qvidem fuerit; unde egregia ejus munitio, montibus videlicet altissimis superstructa, obscura esse non potest. Neq; sub imperio priorum Regum, *Saulis*, *Davidis* ac *Salomonis* ab hostibus devicta; nisi qvod munitissimam ejus partem ad illud usq; tempus ab Israelitis nondum expugnatam, SIONEM, fortissimus *Davides* obtinuerit.

EXPUGNATIO II, montis SIONIS.

Is enim cum Divinâ voluntate populi que consensu universi Israelis jam esset Rex constitutus Hebrone, nihil meditabatur intentius, qvām, qvomodo istum montem, qui à Josua ad illud ipsum tempus omnium bellatorum conatus ultra 396. annos (comput, ex 1. Reg, VI, 1,) eluserat, i.e. partem superiorem nostræ, urbis à Iebusæis habitatam hactenus, ac strenue defensam, occuparet, spinamq; illam non Judæorum modò ac Benjaminitarum oculis, sed sui ipsius inpi in j. atqve universi populi cordibus infixam extraheret, libertatemque toti regno suo afferret. Certè nihil ipsi videtur prius, nihil antiquius hoc opere fuisse, qvod cum vix regnum capessisset, exeqvitur.

s. Sam. V, 6. Abiit enim Rex & viri ejus in Jerusalem ad Iebuseum habitatorem terra, vel ut alibi; *Et ivit David & omnis Israel in Jerusalem.* Unde verò totus Israel cum Davide ivisse scribitur? Non qvod ibi substitisse intelligentus sit; neq; enim necesse fuit ad ob sidionem unius arcis, tam incredibilem totius Israelis hominum multitudinem, cum magnis minime que necessariis sumtibus ac laboribus retineri, cum vel sola tribus Juda suffecisset; sed qvod recedens Hebrone, post creatum Regem, ad habitacula sua illac transibat; qvemadmodum Jerusalem omnibus propemodum tribubus, si Judæ & Simeonis excipiamus, Hebrone ad proprios lares revertentibus in via era. (Vid. l. c. i. Chr. XI, v. 1. 3. 10.) Igitur autem Rex cum suis in Jerusalem à filiis Judæ & Simeonis, vivente & mandante Josua captam (Jud. I, 8.) ut primariam ejus partem Iebusæorum idololatriæ huc usq; servientem, expugnaret.

Ex

Eaverò erat SION, locus naturā egregiè factus ad firmitatem, mons munitissimus, altus ad miraculum usq; & praeruptus, ut etiam propter abrupta usidiquaque *wegowis gda-*
mojew ȝ vix ulla parte accessus esset, vallibus cinctus, in Meridionali in primis latere, ita profundis ac inviis, ut pro manib[us] horribiles illas agnoverit M. etiam Pompejus. Munita quidem admodum erat universa Hierosolyma, montibus superstructa altissimis, ACRA nimirum, ad Boream opposita parti SIONIS (qui prolixo tractu per Australe latus ab ortu in occasum semicirculari forma tendit) cui vetusta SALEM incumbebat; orientali verò MORIJA Templis edes ad septentrionem itidem: cui ad Boream, Acra ad ortum, proximus collis BEZETHA; sed horum non est, qui sublimitate Sionem adæqvat, nedum supereret, sic certè, ut superior ille civitas Josepho veniat, ceteri omnes inferioris civitatis titulo insigniantur. Accedebat industria & pertinax Iebusæorum studium, in uno hoc loco omni opera muniendo ac defendendo, ex quo non eorum modo salus, sed supremus etiam universæ gentis interitus pendebat; ut reddi potuisset inexpugnabilis, nisi DEUM oppugnatorem habuisset. Inde tumor atque ingens fastus & contentus & irrisio; ut Davidi dicerent: *לֹא חָבָא הַנֶּגֶשׁ non ingredieris buc*, nec poteris capere hunc montem; imò verò *לֹא חָבָא הַנֶּה כִּי אַמְתֵּחַ קָרְבָּן* Non *הַשּׁוּרִים וְהַפְּשָׁחִים רָמָר לְאִירְבָּא דָוָה* *ingredieris buc*; *qvin removere te cæcos & claudos dicendo: Non veniet David buc.* Misit forte ad eos Rex nuncios, qui ad deditonem æquis, ut solet, conditionibus hortarentur. Illi verò confisi munitionibus & loci firmitate, non deditiō nem tantum recusarunt; sed contemserunt etiam atque illuserunt, *solo sacerdos & claudos ad resistendum Davidis exercitu licet fortissimo, & frangendum omnes vires & conatus eius sufficere jactitando quibus etiam arcem defendendam tradidissent.* Qyemadmodum Josephus, Iebusæi, inquit, *quærum 1. 7. antiquæ arbem (superiorem Sion) incolebant Chananaorum & ipsi c. 2.*

vid. Jos. 1.6.
c. 6. de. B.I.ibid. 1.1. c. 5.
vid. Ios. 1.6.

c. 6. de. B.

cōf. Villalp.

App. Urb.

& Templi

Tom. III. 1.1.

c. 6. & cui

placet disp.

mea de port.

ver. Jerus. p.

17 & 51.

2.Sam.V,6.

generis, clausis ad ejus adventum portis, & in mænibus quos
quoniam erant cacci vel claudi, aut alioqui mætili in contemptum
Regis collocatis, dictabant hos ad arcendum hostem sufficere,
frei munitionum firmitatem. Quo ludibrio ad iram conci-
tatus David, ita pergit Josephus, oppugnationem aggreditur,
& cum strenua militum opera uteretur — vi inferiorem
urbis (Sionis) parem occupat. Non enim *Acra* hoc loco &
reliqui urbis nostræ montes intelligendi, qui *inferioris civita-*
ris nomine insigniri à *Josepho* alias solent, quos dudum in po-
testate Israelitarum fuisse non ignorabimus; sed cum ipse
Sion à parte orientali non eiusmodi altitudine emineret, qua-
lis ostendebatur in occidentalib[us] ejus latere, ubi locus erat valde

Jos. I. 6. c. t.
de B.

excelsus & ipsius collis veluti vertex, altius prope ad XXX.

cubitos eminens, imo in maximam celsitudinem erigebatur,
*in cuius vertice prærupta rupes, in qua olim *Jebusæorum**

*arx exstrutta fuit, uti Clariss. *Villapandi* verba habent:*

*per inferiorem urbis partem, loco ex *Josepho* allegato, non*

*nisi latus orientale, summissius aliquanto occidentali *SIONIS**

intelligendum appetet. Occupata verò inferiore parte montis, &

*resistente sola arce, pergit *Josephus*: decretivit (Rex) propositu[m]*

bonoribus ac præmis militem ad rem alacriter gerendam exci-

tare, promisitque ei, qui per subjectam vallem in arcem evassisset

totius exercitus imperium se commissurum. Et cum eo cer-

tatim omnes eniterentur, cupiditate summae pref. clarae accen-

sisti, Saruja filius Joabus prævenit, & consensa arce, clamore

sublato, à Rege promissum copiarum imperium poposcit. Sic

Josephus; ex qvib[us] qvæ scriptura brevius habet illustrari possunt.

Scilicet proposuerat Davides illi præmium præfecturas

militaris, qui percussisset jebusæos בְּרַאשׁוֹן in primis, am-

*ersten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

תְּבִרְכָּה

*firsten / uti B. noster *Lutherus*, arrigissetque fistulam tecto-*

rum sc. canales, & abstulisset cœcos & claudos; Joabum

filium Zeruja (sororis ipsius Davidis) in primis sive primùm

ascendisse (artene an manibus pedibus scopulos perreptando

ut olim Jonathan, i. Sam. XIV, neq; scriptura neq; Josephus

defi-

(18) II (19)

defiit militiaque totius Israeles principatum obtinuisse con-
stat. Sic vero occupata etiam arce Jebusaeorum, num acie,
sicut pridem filii Iuda & Simeon inferiorem civitatem,
percusserint, in scriptura silentio dubitari potest. Qui fu-
ribundo militi restiterunt atque occurrerunt, interemtos fuis-
se, facilis est conjectura, et si reliqui tenera & effeta ætate
servati forte fuerint: quemadmodum etiam Joabus residuum ur-
bis servasse ac vivificasse dicitur, præterea Aravnam servatum
novimus, & Josephus Jebusos ejectos perhibet.

1. Par. XI. §.
c. XXII. &
2. Sam. XXI.
1. 7. ant. c. 3.

David autem uti jam ante sine dubio meditatus fuerat,
regni sui sedem expugnatum Sionem declarat, de suo nomine
civitatem David eum nominans. Erat enim is locus quasi
umbilicus & centrum benedictæ terræ, ut ad populi guber-
nationem inde mandata regia in totum regnum æquis fere-
spatiis commodissimè diffundi possent. Insuper amoenissimus,
jucundissimus, qui cœli delicias præsentaret. Huc saepe nu-
mero Hebreone regnans piissimus Rex oculos conjecterat, re-
gniique sedem animo elegerat, ac post expugnationem revera
constituit. Habitavit enim David in munitione (arce) vo-
cariisque eam civitatem David. Cumque postea ab ipso Nu-
mine religionis asylum aedomicium denunciaretur Hieroso-
lyma, sicut jam ante Davides quoque animo destinaverat,
filiusque ejus Salomo in Morija monte incomparabile toto-
que orbe decantatissimum Templum immensis sumtibus ex-
strueret: libera fuit sancta URBS ab omnibus incursionibus ex-
pugnationibusque ad usque Rechabham tempora, quinque
jam annis post Salomonis obitum præterlapsis.

2. Sam. V, §.
c. XXIV.
c. VII.

Occupatio III.

Tunc temporis, anno sc. Vro Regis Rechabham ascendit Se-
jak Rex Egypti contra Jerusalem — Et cepit urbes mu-
nitas, quæ in Iuda, & venit ad usque Jerusalem — Et tulit
thesauros domus Domini & thesauros domus regiae & o-
mnia tulit: Et tulit clypeos aureos, quos fecit Salomo. Causa
B 2 mali

2 Chr. XII 2.
4.
9.

2. mali subjungitur, prævaricatio in Dominum: *Nam* prævari-
 1. cati fuerant in Dominum. & dereliquit legem Domini Re-
 chabbam & omnis Israel cum eo, ut in regno Rechabham,
 non minus, quam in regno Jeroboami, quo auctore peccavit
 Israel, idolatria atq; omnis turpitudo strenue invaluerint.
 Causas vero alias belli invenire non est ita facile, in primis
 cum ipsius Salomonis matrimonio affinitate invicem fuerint
 juncti, nec Judæum Aegyptium ulla ratione laesisse constet;
 nisi forte Jeroboami hospitis olim sui (1. Reg. XI, 40.) invit-
 atu venisse, templumq; spoliasse dixerimus, ut eo facilius
 Israelita, utpote spoliatum ac deformatum, illud negligerent,
 profanisq; vitulorum fanis acqviscerent: attritis insuper Re-
 chabhami viribus, tutius ipse regnaret, immo ejus regnum
 Sesaciamici, i. affinis fortasse sui, liberalitate, aut armis pro-
 priis postea sibi subjeceret. Sed & ambitione Sefak (qui
 profanis historicis est celeberrimus Sesostris uti jam jam pa-
 tebit) universum sibi orbem subjecturus, Judæos etiam bello pe-
 tuisse non est improbare; DEUSq; adeò improba Regis vol-
 luntate, ad castigandum Rechabhami & populi defectionem,
 uti potuit. Hactenus enim Aegyptii Israelem bello petere ve-
 riti erant, nondum immemores exitus ex Aegypto, atq;
 iniustitiae sui Regis universique exercitus cladis. Et licet
 vulnus tandem consanuerit, ab omni tamen bello contra-
 populum Israel abstinuerunt, non sine horrore ac trepidatione
 illud nomen audientes, donec hic noster Pharaon Se-
 fak auderet.

Is quippe potens viribus animoq; magnus, cum pluri-
 mas gentes subjugasset, vicinos Judæos non viciisse dedecus
 de hoc Rege
 ebusq; rebus
 gestis q. in
 Compendio
 vid. Ioh. Mar
 shami Can:
 Chron. p. 370 seqq.
 ducebat. Sesostrim dico, sive ut alii Sesostris, vel Setbos,
 profanis historicis & ipsi Josepho fortissimum Regem, bellica
 civiliq; gloria celeberrimum, splendidissimum; qui res il-
 lustriſſimas & maximas gerens totum terrarum orbem sibi sub-
 jugandum proposuit, in Africam, Asiam, atq; Europam,
 arma movens; Aethiopiam, Lybiām, Arabiam, Medium,
 Persiam,

Perfiām, Bactriām, Indiām, Scythiām, Thraciām & aliā
multa regna perdomuisse scribitur: *Judeam* etiam ejusq;
sanctam *Metropolin* cervicem jugo præbere coēgit. Nobis
notandum, inter multas magnasq; M. hujus Regis expediti-
ones, profanos hujus nostræ contra Iudæos, et si brevibus in-
terferant, procul tamen non oblitisci; id qvod *Josephus* vi-
dens, in eo errare tantum Herodotum arbitratur, qvod qvæ
Sesaco adscribendæ erant res gestæ, *Sesostrī* tribuat, adeoq;
hujus, inquit, *expeditionis* (*Hierosolymitanæ*) meminit etiam
Herodotus Halicarnassensis in *Regis* nomine tantum errans.
Sed cum de re *Josepho* cum *Herodoto* conveniat, de nomine
levissimam esse criminationem, laudatissimi Marshami est ju-
diciū. Qui Hebræis enim *Sesak*, Græcis *Sesostris* dicitur.
Voluit autem opinor *Josephus*, dicere eum scripturam *Su-
jakum* sive *Sesacum*, qvem *Herodotus*, *Diodorus* aliiq; *Seso-
strem* nominant, qvem *Sesakum* dicere debuissent. Ce-
terum scripturam cum *Josepho* & profanis aliis conferendo,
unumq; ex alio explicando, res omnis nobis eò luculen-
tius innotesceret.

Ascendit autem (sicuti Scripturæ verba jam ante qvoq; 2. *Chron.*
notavimus) anno VI^{to} Regis *Rechabiam Sesak Rex Ægypti* XII, 2.
contra (in) *Jerusalem*. Cum (in) mille & ducentis curri-
bus. Et cum sexaginta millibus eqvitum; & non numerus po-
puli, qui venerunt cum eo ex Ægypto, *Lubim*, *Suebim* &
Cibusim (LXX & vulgata Lybies & Trogloditæ & Æthiopes)
Hic exercitus *Sesaci* (*Sesostris*) à Spiritu S. expreſſè indicatus.

Sanè ingens hominum copia, viribus præcipue ex *Diodori* rela- 1. 1. hist. ed.
tione præstantissorum, sexaginta millia eqvitum cum mil- Han. 1604.
le & ducentis curribus, populusq; innumerus, qvem idem Dio- P. 50.
dorus ad sexcenta, *Josephus* autem ad quadringenta millia ex-
tendit, et si *Diodorum* in enumerandæ eqvitum 24, curruum,
vero octo millium & viginti copia, errare necesse sit, cum
utraque à scriptura recedat, cui omnino *Josephus* assentitur.
Quamvis enim currus Diodorianos facro numero superaddi-

Sos in expeditione contra Judæos non adhibitos, sed tempore lucrandi ergo aliò demissos fuisse diceremus; eqvitum tamen multitudo planè non convenit. Quidquid autem sit, exercitum ferè magnum facile agnoscimus; cuius Duces Regem fecisse à pueris secum educatos, amplius mille septingentos, virtutis gnaviter studiosos ac bello exercitatos, fraterna verò

ibid. p. 49. Regi & sibi mutuo benevolentia devinctos, *Diodorus* perhibet.

Isto igitur robustissimo, terræque etiam gravi exercitu
Ec. v. 4. instructus Rex Sesak, cepit (ita pergit scriptura) urbes mu-

nitas, quæ in Iuda & pervenit usque ad Jerusalem. Paulò pluribus *Josephus*: irrumens igitur in Hebraeorum regionem, munitissimas Roboami (Jeroboami propter fædus non petens) urbes sponte deditioinem facientes in fidem suam recepit, quibus presidio firmatis, postremo Hierosolyma est aggressus, quo videlicet Rex & principes Iuda confugerant: haud obscurè eo ipso se rudem & pavido corde Rechabham pro confessione filii Abiæ demonstrans. Quam verò timiditatem

I.c. in Eut. Herodotus cum contumelia nota. Enin verò cum narraret:

lib. 2. p. 116 quacunq; nanciscetur (Sesostris) feroes & vehementer studiosas (gentes) libertatis, in earum regionibus cippis statuebat inscriptos literis sui nominis & patriæ, & quæ referrent ipsum illos vi subegisse: quarum verò urbes nullo prælio, nulloque negotio cepisset, his cippis inscripsit, tum easdem literas quæ scripserat eis gentibus quæ viriles existabant, tum muliebris genitalia, planum facere volens, illos haud quaq; viriles exstipuisse. paucis interjectis subjungit: Titulorum

p. 127. gvos Sesostris Rex Egypti regionatim erexit pleriq; jam incolumes non extant, quosdam in Syria Palæstina ipse vidi inscriptos, tum quib; dixi literis, tum muliebris genitalibus. Ita Herodotus. Quæ Josephus de Rechabham dicta esse non potest diffiteri, ut hisce potius explicet: Meminit hujus expeditionis etiam Herodotus Halicarnassensis in nomine tamen errans, & quod pervasis multis alieis gentibus etiam Palæstinam Syriam subjugárit, hominibus non ex-

1.8. aut. c. 4. pers.

48} 15 (48)

pera vi deditio nem facientibus. Apparet autem quod nos
stram gentem dicere velut ab Aegyptio subattam. Narrat
enim hunc columnas reliquisse apud eos, qui priusquam Mar-
tem experientur, deditio nem fecissent, in quibus pudenda mu-
liebria insculpta fuerint Roboamus autem is fuit Rex noster,
qui urbem antequam oppugnaretur dedidit. E. tradita po-
tius Hierosolyma quam expugnata. Inscriptio autem si eam
hic quam in via videre libuerit, sacris Aegyptiorum literis ex
Diodoro Graecè legi potest:

l.c.p.56.

Την ἡ τὴν χώραν ὅπλοις κατέπειρψαν τοις ἑαυτοῖς
Βασιλεὺς Βασιλέων καὶ Δεσπότης Δεσπότων
Σεσόσις.

Hanc regionem suis armis devicit
Rex Regum & Dominus Dominorum
SESOOSIS (Sesostris)

Incipit vero apud gentes quidem strenuas ac pugnaces, pu-
dendum viri, apud ignavas autem & timidas famina expres-
sum fuisse præter citatos haec tenus autores, Africanum & Euse-
bium in testimonium quoque adducit nobiliss. Joh. Marsham
l. c. p. 379. Ab Herodoto tamen alia offertur cum figura sive
statua alia, quam Diodorus etiam refert inscriptione tantum
omissa, circa Ephesum & Smyrnam visa. *Vir sc. magnitudine*
quinum palmorum (Diodorus statuam quatuor palmos fuisse
proceriorem quatuor cubitis quam ipse statura fuit) *in sculptus*
fuit statua ex petris sculpta; dextra jaculum, sinistra arcum te-
nens, ceteraque armaturam tam Aethiopicam quam A-
gypticam gestans, per pedestra ab uno humero ad alterum in-
scriptis sacris literis Aegyptiis haec referens.

l.c.p.56.
127.128.

Ἐγὼ τὴν ἡ τὴν χώραν ὕμοισι τοῖς ἐμοῖσι ἔκπομπῳ
Ego regionem hanc meis humeris obtinui.
Honorisca magis haec statua & inscriptio altera ista, quam
non nisi fortissimis gentibus reliquisse videtur, ex altera tamen
cum nomine careat declaranda, sicut & scriptores monent.

Sed

Sed nos ad Hierosolymam; quæ sic tradita magis quam
expugnata, furorem nihilominus Sesaci persentiscere debuit.

I. Reg. XLV, Tulit enim, uti scriptura habet, thesauros domus Domini & the-
sauros domus regie & omnia tulit: & tulit clypeos aureos
quos fecit Salomo. Ita fere agitur cum Templo, atque cum
Luc. X, 10. illo, qui Hierosolyma Hierichuntem ibat: quemadmodum illi
incidebat in latrones, qui omnibus rebus ac bonis ipsum ex-
uebant: ita Templum in sacrilegos incidit, qui suis ornamentis
Is. antiq. c. 4 illud privant. Ubi quidem Josephus perfidiæ Sesacum accusat,
quod Rechabiam per metum urbem dedente conditiones non
servaverit; sed deprædatus templum, thesauros, cum DEO sa-
cros, tum regios expilarit, exportata innumerā auri atque
argenti multicudine, ac ne scrupulo quidem relido. Igitur
in conditionibus tutela templi fuit, quod ille non nisi auro
gimmisq; ad stuporem usq; & oculorum obsfuscationem
splendere ac fulgurare animadvertis, perfidus factus, condi-
tiones non servavit, & contra fidem deprædatus; **omnia tulisse**
(2. Par. XII.) ne scrupulo quidem relido (Jos. l. c.) per amplifica-
tionem scriptoris pretiosissimæ jacturæ incredibilem magni-
tudinem lamentantis ac deplorantis, scribitur. Neque enim
omnia ita tulit, ut ne scrupulum quidem reliquerit, cum
z. Reg. XXIV yasa aurea & argentea, quæ fecerat **SALOMON** Rex Israel in Tem-
plo Domini, ad usq; primi Templi destructionem servata-
fuerint, ut raperentur à Rege Babylonis, quemadmodum idem
c. XXV, 16. etiam mare & bases à **Salomone** in Templo positas abstulit.
Imò verò **tulit Assa** omne argentum & aurum residua in
thesauris domus Domini & thesauris domus regie & dedit
ea Benhadad Regi Damasci, ut ne sic quidem totos thesa-
uros à **Salomone** relictos deprædatus fuerit Sesak, sive quod
occultata nonnulla fuerint in Templi cellis grandioribus per Sa-
cerdotes conf. Expugn. V.) sive quod animi qvandam magnitu-
dinem atq; excellentiam liberalitate ostentaturus **Egyptius**,
thesauros prorsus exhaustire noluerit. Et verò thesaurorum
nomine intelliguntur numerata pecunia, auri atque argenti
massæ

massæ lapides pretiosi, omniaq; id genus Deo consecrata, operi tamen nondum applicata, sed in S. Templi cellis seposita, quæ non semel ab alio atq; alio Rege sublata fuisse mox ex scriptura patebit. Vasa autem, & refixa parietibus auri argentique laminae in splendidissimum Templi ornatum, tum etiam clypei, non hoc ipso tantum loco nostro; sed ubi Nabuchodonosorus *vasa omnia domus Domini tam majora quam minora* & Thesauros Templi in Babylonem translusisse dicitur, THESAURIS *contradicti*ngui videmus; ut itaque dicendum: Dominum, cordium moderatorem, Sesacum cohibusse, atque ita fuisse moderatum, ut vasa divino ministerio sacrata non attigerit, neque omni suo ornatu, è parietibus, pavimento, foribusque & ipso S. Sanctorum, Sanctiss. Templum privaverit; sed immensam auri argentiq; vim, gemmarum etiam laminationumque operi nondum applicatarum pretiosissimam atque egregiam copiam, cum scutis & clypeis Salomoneis secum deduxerit: Deduxerit etiam thesauros regios incredibilis pretiositatis, ut Scriptoribus, tam sacro quam profano, jacturam deplorantibus, *omnia*, ne scrupulo quidem relitto, deportasse per αὐχενούς dicatur. Atque illa sunt, quæ in Sesaci sive Sesofirū, fortissimi Ægyptiorum Regis, famaque celeberrimi, contra Iudeorum Regem, Rechabham, ejusque gentis pri mariam urbem S. Hierosolymam, expeditione, notanda veniunt; à qua jam ulterius sine mora progredi licebit ad Philistaeorum Arabumque gesta, quibus eandem URBEM & gentem, non infeliciter oppugnasse videbuntur.

EXPUGNATIO IV.

DE hisce scriptura hunc in modum: *E texcitavit Dominus contra Ioram spiritum Palæstinorum & Arabum, qui ad manum sunt Cuschæis. Et ascenderunt in Iuda & pervaserunt eam, & capivam abduxerunt omnem substantiam inventam in domo regia, filios quoque ejus & uxores ejus*

17.

C

ejus

ejus; Non remansit ei filius nisi Jeboachias minor filiorum
 ejus. Causam irruptionis si addere voluerimus, paulo præce-
 dit: ambulavit Ioram, piissimi Regis Jehoschaphati, impius
 filius per viam regni Israël & domus Achabis, cuius ipse filiam,
 nequissimam illam Athaliam, uxorem duxerat. Hinc non
 defecit modò Edom & Libna; sed cum Rex pergeret nihil
 ominus excella fabricare in civitatibus Iehuda, & ficeret
 scortari habitatores Jerusalem, & prævaricari Judam, invecti-
 va Eliæ prophetæ, inter coelites per aliquot annos jam tum
 agentis, quæ mala multa, magnam populo filiis & uxoribus
 plagam, ipsi verò maximos acerbissimosq; dolores ventis ad
 viscerum usque effluxum prædiceret. Atque adeo excita-
 vit Dominus, scelerum Iorami Iudeorumq; vindex, spiritum
 Philistæorum ac Arabum, quanquam rem humano more in-
 tuentibus, gemini hujus hostis causa haud difficulter patet;
 si Libnæ Iudeorumq; defectionem meminerimus. Cum
 enim vicina esset Philistæis Libna, Idumæa Arabibus, utrique
 proximos ad bellum persuaserunt. Iudæ calamitates suam felici-
 tam rectissime interpretando, quemadmodum florente il-
 lo regno, luctuosissimum bellum, ut sceleratis ac perfidis utrisq;
 o. I. 6. seq. exspectandum erat. Certe Amosus ubi Philistæis præter cetera
 sceptri sui amissionem pœnæ loco annunciat, causam ejus, au-
 xilium Edomo in persecutione fratris sui v.ii. latum, nominat.
 Quod alias ad irrutores hosce attinet, Philistæorum nomen &
 sedes, ab Abrahami inde temporibus, ad oram magni illius ma-
 ris, quod mediterranei alias nomine insigniri solet, à Tyro ferme
 ad Ægyptum usq; in Divinis literis satis apparent, dum ante
 oculos vel insipienti Judicum & Samuelis libros versatur acer-
 rimum hujus gentis bellandi studium, atque de summo im-
 perio cum Israele fortissima ad Davidis usq; tempora con-
 tentio, qui primus audacissimæ genti jugum, quod ante ipsum
 nemo fecerat, imposuit, cum è contrario ipsi populum Dei
 sibi servire non raro cogerent. Erant enim ex gentibus ad-
 centandum Israël, ut manifestum fieret, audientes manda-
84m
 Jud. III, 3. 4.

tum Domini, quod precepérat patribus eorum per Mosen. Cumq; à Davidis aetate, memoria ipsorum quasi submortua, hoc nostro loco ad poenas Judæorum suscitantur. Ortum populi atque majores si spectabimus, è *Caſluchis*, fīliis *Mifrahim*, fīlii *Cbam*, egressi sunt *Philistim* & *Caphtorim*, qvamvis alibi ex ipsis *Caphtorai* prodiisse legantur, sic invicem vicinis (uti conciliat loca eruditiss. *Bochartus*) atque conjunctis, ut in unum coaluerint. Hicce verò *Caſluchorum* populus, cum pro *Colchis*, Pontum inter Euxinum & Caspium mare habitantibus, à *Bocharto* non sine rationibus habeatur, sedem etiam ibi Philistæos primum habuisse facile videmus, sed ut minus commodam, cum Palæstina sua, ante Abrahami in terram illam adventum, permutarint, Reges etiam proprios eligen-tes, sicut Abrahamus & Isaacus cum iisdem fœdus contraxisse leguntur Gen. XX. & XXVI. Atque isti erant Philistæi, infissimi nunquam non populo DEI, quemadmodum rei testimoniūm p̄r̄ manibus versatur.

De Arabib; qui ipsis adfuerunt, res nonnihil diffici-
lior qvibusdam videtur, inprimis cum dicantur habitasse
ער־זִיר כוֹשִׁים *ad manus s. latius Chusim* i. e. vulgo *Æ-
thiopum*, atque adeo fere communi sententia trans *Ægyptum*,
ubi Chusi nepotes posterique in ea regione, qvā hodie *Æ-
thiopia* dicitur, habitacula sumisse creduntur. Verū, qvo-
modo Arabes ad *Æthiopes* in extremam fere Africam re-
legantur; & qvid his cum Philistæis commercii ac amicitiae,
cumq; Judæis bellandi causæ? Alios igitur *Æthiopes* intelligendos esse per illos, qvām qui trans *Ægyptum* Africam incolunt
Salianus agnoscit, sed ut ne verbo sele explicet, aut illorum
genus sedemque illustret. Docentem autem ista celeberrimum
Bochartum iterum adire licebit libr. cit. sacr. Geog. sive Pha-
leg & Canaan; ubi *omnes*, inquit, *Chusi filios* qvosi o. Gen.
nominat Moses, habitasse circa mare *Perſicum*, præter *Nim-
rodum*, qvem *Babylonem* migrasse testatur Moses, nos afferi-
mus. Cujus assertionis rationes apponere nimis longum imo-

C 2

super

Gen. X. 14.
Amos IX. 7.
Geogr. Sacr.
l. 4 c. 32. &c. 32.
p. 333. seqq.

Tom. IV.
Annl. Eccl.
V. T. p. 109.
l. 4. c. 2 & 3.
p. 236. seqq.

superfluum foret, cum benevolum atque eruditum lectorem
ex laudato auctore ipso ea omnia majore cum voluptate ne-
dicam utilitate & prolixitate evoluturum, non dubitem. Suf-
ficient hæc monuisse, probare non modo *Boccharum*, qva ra-

l.cit.c. i.
seqq.

c. 2.

gione, filiorum Chusi nomina in Genesi revelata, Arabicis re-
gionibus paucissimis hinc inde mutatis imposita fuerint; ve-
rūm etiam, qvod scriptura aliás, Chusēis præter Arabiam
sedem tribuere non patiatur. sive qvis spectet *iædūrouæ* Chus
vel Chusam & Madian Hab. III, 7, quemadmodum etiam Se-
phora uxor Mosis Chusitis est atque Midjanitis Num. XII, I.
Exod. II, 16. 21. & secundum Chaldæam paraphrasin Cant.
I, 5. filii Chus dicuntur habitare in tentoriis Kedar h.e. inter
Cedrenos Arabes, qvos circa eadem loca ponat Plinius: sive
etiam *neæmæ* I. characteres, qvibus conveniat sacrī scri-
ptoribus cum prophanis, attendat, tentoria Chusan Hab. III,
7. facies nigras Cant. I, 5. Chusæorum i.e. Schenitarum veterum
sive Saracenorum, qvorum colorem inter fulvum & nigrum
fuisse Ludovicum Vartomanum, qvi Mechæ diu habitarit,
testem adducit: sive deniqve loca scripturæ & historias re-
spiciat, de Tirthaca Rege Chus Senacheribum Libnam ob-
sidentem ex improviso adoriente 2. Reg XIX, 9. & de Zera
corundem Chusæorum Rege decies centena millia militum
in Asam ducente; qvanqvam mihi videntur qvædam scri-
pturæ loca non posse non de Æthiopibus Africam incolentibus

k. i. antiq. explicari Ezech. XXX, 5. unde *Josephus* suo tempore ab
c. 7.

Asiaticis universis Æthiopes appellatos Chusæos, & ipsos Æ-
thiopes se hoc nomine indigitare solitos testatur. Qvæ cer-
tè in aperta luce non scripsisset tantus scriptor nisi comperta
habuisset. Jam olim Æthiopiam in orientalem & occi-
dentalem distinxit Homerus, qvam distinctionem probavit

Odyss. I.
l. 1. Ge. p. 21. Strabo; qvamvis orientales nostro loco intelligendos dubi-
um esse non possit, qvi Arabiam felicem in primis inhabitan-
tes, omnemqve regionem istam Persicum inter mare & Ru-
brum suis posteris replentes, ad manum I. latus suum, ut
loqui-

loquitur scriptura, & vicinos utiq; habuerunt Arabes, Petreæ ac Desertæ, Ismaelis progeniem, qui cum Philistæis, finitimis conf. Lightf. etiam suis ac fortè amicis, rem eandem egisse dicuntur ad. Hor. Talm. verum Judæos sive ab Idumæis & Libnæis ad bellum incitati, in Evang. sive non. Sufficit DEO sic moderante, ascendisse in terram Iehu- p. 935.
dah, ut Joram totique genti Judæorum in plagam essent ac pœnam, urbes & regionem perrumpendo, atque adeo vastando, ipsam etiam regiam sedem S. Hierosolymam occupantes, de qua potissima jam cura nobis est ac qvæstio.

Evidem explicita atque expressa Hierosolymorum expugnatio, loco nostro quem tractamus, non habetur, involuta tamen atque implicata omnino verbis hisce sacri scriptoris l. c. 2. Par. ascenderunt (Philistæi & Arabes) in Juda, & perruperunt XXI, 17. eam, diripuerunt יִשְׁבֹן captivarunt omnem substantiam invenzam in domo Regis; filios quoq; ejus & uxores ejus, & non remansi: ei filius nisi Joachas minor filiorum natu. Ex hac inqvam descriptione haud difficulter concluditur Hierosolymam ab Arabibus & Philistæis simul captam. Enim verò ut omittam ascendisse (hostes) in Judam, pervassisse, sive ut Arias M. scidisse וּפָר vastasse ut Vulgata, eam (Judæam) de universa merito regione, adeoque de Hierosolyma etiam accipiendum; diripuerunt s. captivam abduxerunt omnem substantiam, quam invenerunt in domo Regis, ut tenuisse necesse sit, (sive vi, sive ditione id scriptura vel Josephus non addit) URBEM, imo verò Sionem ipsum, munitissimum illud magnæ urbis munimentum, quandoq; videm in illo dominus Regis inque ea thesauri & substantia Regis asservabantur: captivos insuper ducentes & filios & uxores Regis, ut non remanserit ei filius, nisi Joachas (cum pessima matre Athalia c. XXII, 10.) minor filiorum ejus, cum majores omnes miserè trucidarentur ad castra, qvæ Hierosolyma obsederant, unà c. XXII, 1. cum uxoribus, ut Josephus habet, quando paucis de hac Aram expeditione: Nec multo post (literas Eliæ Regi allatas mala & plagas comminantes) inquit, exercitus Arabum qvæ 1. 9. antiq. C 3. versus

versus Aethiopiam incolunt cum aliis Barbaria Joramī regnum invadit, qui & regionem omnem, & ipsam Regiam diripuit, jugulatis etiam uxoribus & liberis, unicus tantum superflus, agre clapsus ē manibus hostium Ochoas nomine. Tantum ille; subiungens statim atrocissimum atque immedicablem impii Regis morbum, alvi profluvium acerbissimum, pariter atque in facris Arābum irruptionem excipit, iisdem Eliæ literis prædictum, qvo bientio cruciatus, animam efflavit miser impurissimam. Hoc enim præmium impietatis, hæc merces, atque propheticarum literarum Eliæ, mortalium licet, consertio integro septennio jamtum exempti, ejusmodi adimplatio; ut ab ipsa, Epistolæ oblatione anno circiter Vto imperii Joramī facta, subsequenti VIto plagarum esset initium, hostium irruptionis, vastationis, ipsius primaria & S. urbis occupationis, thesaurorum abductionis, filiorum uxorumqve occisionis (clarissimum DEI judicium, pro cede fratrum, per barbaros filiorum sanguinem fuisse fusum!) finisqve tandem in fœdissima ipsius Regis morte, antegresso per bientium motbo isto alvi pessimo, vexatissimo. De qvo tamen non est dicendum seorsim, cum properandum sit ad seqventia; verbo si monero, qvomodo Syria Regi Hasaëli *animus fuerit* urbem nostram *occupandi*, nisi Joas qvæ parentes ejus Josaphat-Joram aliiqve, qvæqve ipse Domino sanctificaverat, cum thesauris sacrī & propriis ei dedisset, cuius tamen suscepit aliorumqve Damasci delictorum, *tribulationis* imprimis *Giliadis tributio ferreis* vid. 2. Reg. 23. 7. poenam, exilium manu Tigrathphilesaris in Kiram 2. Reg. 16. 8. q. vaticinatur Amos, pariter atque statim subsequentibus Philisteis, propter latum Idumæis, auxilium, sceptri amissionem aliasqve plágas annunciat.

EXPUGNATIO Vta.

Sequitur in historiâ Amazias Regis Judæ, pronepotis Joramī, & Joæ Regis Israel, de qva jam agendum est, Vta URBIS expugnatio. Scilicet Amazias Rex Judæ, cum faceret quod rectum esset in oculis Domini, licet non in ebro corde, nego.

ut pater ejus David, sed juxta omnia quæ fecerat Joas propriorum i. Reg. XIV, 5
ter ejus faceret quod, ipse; adfuit illi etiam Dominus, ut felici-
ter bellaret contra Idumæos, illosq; haud parum debilitaret ac
frangere. Ipse vero Divinum auxilium (ingratus!) ita
agnovit, ut victor rediens ab Idumæis, in benignissimi Nu-
minis sui contumeliam constitueret fibi Deos filiorum Seir, 2. Par. XXV-
procumberetq; ante eos & adolcret eis; monentem impense
Prophetam Domini audire recusans. Itaque, ut ambitione
ac miro animi tumore non posset, quod Joam, filium Joachas,
filii Iehu, Regem Israel hisce provocaret: *Age spectemus*
nos multo coram Hebr. בְּנֵי־רָאֵה וַיַּדְעָם־נוּסֶבֶס (advertis) Wir wollen uns unter die Augen treten/ Chald.
Paraph. *veni & statu o die configramus q. d. Tui diripuerunt*
urbes meas (vid. v. 6 -- 10. & 13. 2. Par. XXV.) *veni igitur con-*
figamus inter nos; successit insolentia ruina. Neque e-
niam seniora monentem atq; à superbia istac dehortantem Re-
gem Israel audivit Amasia; sed egregio isto apolo, quod ru-
bo ad cedrum mittente, & se illi compatisante, elatum ejus ac
superbum animum, petitione filiae cedri, rem postulatu indi-
gnam, & conculcatione à bestiis agri ingentem calamitatem
temere asciscendam innuebat, ut Josephus prohibet, magis ma-
gisq; accensus in bellum & concitatus: *quoniam a DEO erat, ut*
traderet eum in manum hostis, quaia quæserat Deo's Edom.

Adeoque ascendit tandem Joas Rex Israel, & viderunt
se multi coram ipse & Amazias Rex Iuda in Betissemes.
Et casus est Iuda coram Israel, & fugerunt unusquisque in
tabernacula sua. De quibus Josephus, Nec multo post (ca-
sos Idumæos) inquit, Amasia felicitatem suam tamen
auctorem DELIM non agnoscet, non capiens, sed fastu infla-
tus, scriptit Joas Regi Israelitarum, ut ipsius imperata faci-
at eum suo populo, sicut antebat idem populus majoribus
ejus Davidi & Salomonis paruerit: quod si nolit facere of-
ficium, bello esse decernendum de imperii jure, paucis inter-
iectis: *Ubi vero in conspectum hostium venit instructa utrin-*
quid?

14.

17.

20.

18.

21.

22.

1. 9. antiqu.

c. 40.

que acie tantus repente pavor ac confernatio Divinitus milites ejus (Amaziae) invasit, ut priuquam manus consarentur, jam terga verterent, & alii alio diffugientibus deser-tus à sua Amasias in hostis potestatem veniret. Quemadmo-

a. Par. XXV, dum etiam scriptura pergit: Amasiam vero regem Iuda,

23. filium Joas filii Jehoachas cepit Joas rex Israel in Bethsemes

i. Reg. XIV, Erenit Hierosolyma, Rupit in muro Hierosolymorum à por-

ta Ephraim usq; ad portam anguli quadringentis cubitis;

Atque adeo manifesta URBIS nostræ expugnatio; et si occupatio & traditio potius dicenda quam expugnatio, postquam Rex captus regiam suam sine dubio ultro hosti tradere coactus est:

loc. cit. imò vero Josepho teste, cum mortem illi minatus est (Joas)

nisi efficeret ut Hierosolymitæ apertis portis se cum viatore ex-
ercitu admitterent, necessitate, vitæq; amore adactus, persua-
dit civibus, ut hostem reciperen.

Ille vero rupit murum Hierosolymorum à porta Ephraim usq; ad portam anguli qua-
dringentis cubitis; & ex Josephi relatione dirutis ad trecento-

rum (lege ex scriptura quadringentorum) cubitorum mæni-
bus, curru per id interstitium triumphabundus invetus est,

captivum præ se agens Amasiam. Metuens fortassis magna
magnæ urbis hominum non inexcitatorum multitudinem Joas,

qui parte sui exercitus in urbem recepta, seclusis ceteris, telis & gladio, veluti desperabundi, in illam ruere, ista-
que interemta, ad liberandum Regem suum ulterius progredi,

victoriamq; ambiguam reddere possent; partem muri rupit,
ut cum toto exercitu ire, redire que, atq; summovere omnia
posset, quæ de Hierosolymitanis tributariis sibi in posterum,

uti obsides ostendunt, metuenda essent. Sive victoria ex-
ultans ac tumens, in rei gestæ memoriam, murum destruxerit
ab illa porta, quæ à tribu Ephraim regni sui sede nomen ac-
ceperat portæ Ephraim ad portam usq; Anguli quadringentis

cubitis, quemadmodum illæ mutuo se se excipiebant in Septen-
trionali urbis latere, tantumq; interstitii habebant, quantum

Joas destruxit, quadringentorum cubitorum.

v.14.

Ita

Ita verò urbis factus Dominus, Regi thesauros suos abstulit, imò S. Templum spoliavit, omne aurum & argentum. *Omnia vasa inventa in domo DEI secum ferens Samaram. Inventa inquit S. Scriptores.* Absqve enim dubio Sacerdotes nonnulla occultarunt, qvæ in ejus conspectum non venerunt; sicut facile largietur, qvi alio tempore infantem regium toto sexennio clam in Templo nutritum fuisse cogitaverit, memineritqve ipsius Templi structuram, cellarum cryptarumqve egregias fabricas. Ceterum dum S. Templi deprædatio notatur, incidit mihi, Tabernaculum Judicum tempore hostibus non cessisse in prædam, qvamvis graviter etiam peccarit populus, & hostibus præterea fuerit circumclusus. Isti prævaricatricem gentem multis vicibus subjugarunt, sacra verò qvod qvidem scriptura referat, non attigerunt, nedum ornamenito suo ac thesauris privarint. Arcæ namqve fæderis ablatio huc non pertinet, qvæ à Philistæis è *prælio* domum ducta, restituta ultrò, cogente DEO. Qvæ causa? Infirnum illud credas Tabernaculum sua tutela servavit optimus rerum custos DEUS, mala qvoqve omnia ab eo arcere voluit; cum è contrario Templu[m] firmum ædificium & quasi munimentum, munissima in urbe possum, humana diligentia ac præsidio defendendum tradidit, qvod negligentius non tardò sua obseruat, veluti à periculo non sunt aliena, qvæ à peccatoribus defendantur. Mirum autem non est, à sacra pecunia & thesauris Domini in hac ipsa nostra expugnatione hostem non abstinuisse, qvando ipsi Hierosolymitani Reges Divino propter scelera destitui auxilio, sive ad hostium delinitionem, sive ad implorandum aliorum auxilium iisdem non pepercere; qvemadmodum de Joa Josaphati filio paulò ante notatum est, cui nunc Assa subjungitur, ut auxilium à Syriæ Regi Benhadad impetraret contra hostem suum Bahasa Regem Israel, &c de Achaso suo loco dicetur. Quid? qvod piissimus ille Hiskias Senacheribo omnia dederit. Atqve adeo hic etiam hostis omnne aurum & argentum & omnia vasa inventa in domo DEI

D

& the-

2. Chr. xxii,

II. 12.

vid. Jof. l. 6. c

6 d. B. Cap-

pellus p. 167.

9f. Constant.

Pempereur

ad Midd. p. 81

2. Reg. xii, 18.

2. Chr. xvi, 2.

2. Reg. xvi, 8.

c. xix, 16.

& thesauros domus Regis abstulit. filios etiam obsides, quod
vestigalem semper habere posset Amasiam, & tunc demum
demissio Rege rediit Samariam.

OPPUGNATIO

FRUSTRANEA

RES IN ET

PECCACH.

2. Reg. XVI, 9.

Ez. VII, 1.

ad. v. 3. 4. cap

sido mei

suo. p. 169.

2. Chr. XXIX,

v. 5.

6.

Ab hoc vero tempore URBS aliquamdiu inexpugnata
stetit, licet obsessa angustisque bellicis vehementer pressa. Id-
que in primis impiissimi Regis Achaz filii Jothan, cum eo re-
gnante ascendit Resin Rex Syrie & Pecach filius Remaliahu Rex
Israel in (contra) Jerusalem in prælium & obsederunt super
Achaz, sed non potuerunt expugnare. Vel ut propheta: Et
factum est in diebus Achaz filii Jothan, filii Ilia, Regis Je-
budah, ascendit Resin Rex Syrie, & Pecach filius Rema-
liahu Rex Israel Jerusalem; in prælium contra eam: & non
potuerunt expugnare eam. Non quod ita fortiter restiterit
Achaz, in cuius cordo (ut sunt verba Magnifici Domini D. Pre-
citat. Jes. com. fidis mei) trepidationes, tumultus, raptus ad varia consilia,
respetus ad Assyrios tutelares sollicitandos in subsidium; sed
quod benignissimus DEUS populi sui miserturus auxilium i-
p̄pis ac liberationem promiserat (cit. c. 7. Jes.) quando eò jam
res eorum redierat, ut non nisi ærumnis ac mileriis scaterent
omnia, cædibusque & rapinis exhausta, & cuique locus ubi
vivebat miserrimus videretur, ita percussa ac prostrata omnia
foedissimo bello jacebant. Etenim cayendum est, ne inter
primas calamitates expeditionesque collocemus, quam præ
manibus habemus, cum duumvirorum istorum Resin & Pe-
cach bellum sit ultimum, quo Regem sceleratissimum peti-
verunt. Et supplentur libr. Paral; que libt. Regum prater-
missæ sunt, plaga magna, à SINGULIS infictæ. A Syro primum,
in cuius manum tradidit Achaz) Dominus DEUS ejus & per-
cusserunt eum & captivarunt ex eo captivitate magnam.
& duxerunt Damascum: dein etiam in manum Regis Israel
traditus est, qui percussit eum plaga magna. Imo vero ma-
gna; quandoqvidem occidit Pecach filius Remaliahu in Iebuda
120. millia in die uno, omnes filios virtutis, bellatores robustos,
arcum Israelis sese ita ostendens Hos. I, 5. eò quoniam reliquissent
Domini-

Dominum DEUM patrum suorum. Captivos insuper ducentes filii Israhel de fratribus suis 20000 mulierum, filiorum & filiarum; spolia multæ diripuerunt ab eis: & abduxerunt in Samariam. Ita seorsim singuli, non unita vi, DEO sic volente, Achasum cum suo regno gravius afflixerunt, ne de Iudæis Philistæisque dicam, per quos pœnas etiam expetivit. Divina vindicta, propter Achaz ejusque impietatem verè enormem, i. e. combustionem filiorum in valle Ben-Hinnom, fabricationem statuarum Baalim, & quæ alia fuere detestanda sclera, gentium abominando more perpetrata.

Pot illa, uniti fodere Rezin & Pecach, communis opera junctisque viribus bellum gerunt, S. nostram urbem illa ob-sidione premendo, quæ libri. Regum loco à nobis allegato describitur. Sanè non sine trepidatione universi populi, Regis præcipue, qui antequam militum corona cingatur, Tiglath-pileseris Assyriorum Regis operam implorat, omnibusque modis ad sua auxilia concitat. Circumvallante interea hoste Hierosolyma, antequam Assur ascendit, solatur Achasum *Ezias* fortissimo alias solamine Divini auxilii, DEUSque liberator *urbis*, NON Assur. Quid imo si Divinis promissis credidisset Achaz, ab Aslyrio non minus benignissimum Numen eum liberalasset, qui non nisi mala contra ipsum meditabatur, jugum imponendo impio Regi, cum socius atque amicus haberi vellet, quod piissimus etiam Hiskias ferre cogebatur Jes. II, 7. 8. quemque quasi *novaculam* conduxerat c. VII, 20. quæ alicui non pilorum tantum fordes, sed ornamenta etiam auferret, thesauros puta, tum proprios tum sacros h. l. quibus ipsum donare coactus est, nec tamen operam nec benevolentiam ejus impetravit.

Istac verò ratione oppugnatores Hierosolymitanj, Rezin & Pecach, in prælium contra Jerusalem ascendentes, ut sunt verba *Ezaja*, expugnare eam non potuerunt. Atque ad consilium, ac cruentum & funerale Senatus consultum de domo David & sceptro Juda: *Ascendamus in Juda & obsideamus eam* &

8.

17.18.

2. 3.

16.

c. VII, 4.

2. Chr. xxix.
20. seqq.

c. VII, 1.

6.

per rumpamus eam ad nos, & regnare faciamus Regem in
 7. medio ejus filium Tubal; dixit Dominus DEUS non consistet &
 14. seq. non erit certissimo signo nascituri IMMANUELIS ac Messiae
 ex virginе omnia confirmans. Evidem opera pretium fore de
 cruento contra nostram urbem consilio, de qua liberatione Di
 vina, ex gravissimo c. VII. Es. praeunte Magno nostro Doctore
 PRASIDE plura differere; sed vero ne ab instituto meo ab
 eam, quod est oppugnationem Rezin & Pecach breviter per
 stringere; imo rem supervacaneam tractem, cum maiore
 usu & voluptate ex ipso commentario peri possint. Unicum
 non possum non quin adscribam, quod bellorum ordinem,
 jamjam indicatum omnino confirmat. Duo ergo famosi

Commēt. in **Ez. part. I.** **Po. 166.**

Reges, inquit vir venerabilis, Syria alter, alter Sa
 maria, ille Rezin dictus, hic Rimalus filius Pekach post multas de
 scepero Iudea sub Achaso Rege victorius, post plurimas Dama
 scenas colonias, cum praeprimis hic Samaria seu Israeli Rex
 uno die 120. millia fortissimorum bellatorum in castris Iudea
 trucidavisset, & turba imbellis numerum ultra 200000. ex
 preda ampla in Samariam abduxisset, sine auxiliis tamen
 suauis sanctiori prophetico dimissum, plus ultra iuncti fædere
 bellico jam de funere domus Davidicæ & sceptri Iudea solliciti,
 movent ad urbem Sanctam Metropolim sceptri, que fere una
 tunc salva supererat, atq[ue] adeo ut ergo **עַד יְרוּשָׁלָם** cum
 consilio bellico: **לִמְלחָמָה עַל יְהוּדָה** ad bellum contra illam
 ad oppugnandum illam.

Tantum de frustre a ista Achasi tempore oppugnati
 PROVOCATIO one, quam ferox ac blasphemica acclamatio & provocatio Sena
 SENACHERI- cheribi Salmanassaris filii (Tob. I. 18.) jam excipit, sub imperio
 BI. impii parentis filii piissimi Hiskiae. Quando enim is jugum
 2. Reg. 18, 7. Regis Assyriorum à parente sibi relicum excusit, & illi servire
 f. Ez. 36, 5. recusavit: ascendit anno 14. Ezechia Senacherib Rex Assur
 2. Reg. 18, 13. contra omnes Iudea urbes munitas Scopite eas. Cumque vide
 2. Chro. 32, 2. re Ezechias de OPPUGNANDA HIEROSOLYMA eum cogitare, ob
 3. turavit fontes, qui erant extra urbem, ne obsidentibus urbem
 hostibus

hostibus, potum haberent, sed siccitate ac siti abigerentur, repa-
ravit muros, comparavit missilia, & clypeos, & praefectos
militares populo imposuit, qvos pia adhortatione confirma-
vit. Sed Senacheribus, dum in obsidione Lachis occupatus
erat, misit servos suos ad Ezechiam, qui Hierosolymitanam de-
ditionem poscerent. Qui Regem eò etiam perivaserunt, ut
expeditionem hisce deprecaretur: *peccavi, recede à me*. ^{z. Reg. 18, 14.}

qvod imposueris mibi feram, trecenta talenta & triginta auri
ex thesauris propriis & sacris ei solvens. Qvo subjectionis ge-
nere tamen impetrari non potuit, ut recederet, qvin paulo post
Tartanem & Rabshakén Lachide mitteret, ut contumeliosa
oratione Hierosolymitanum populum ad defectionem solli-
citarent, enormiter blasphemias in Opt. Max. Deum effutien-
tes. Imò Libna moturus, cum increbuisse rumor de Tirha-
ka rege Chusim (Arabum) qvod egressus esset ad pugnandum
contra Senacheribum, literas minatorias, probrisque ac con-
tumelias in Summum Deum refertissimas per nuncios mitteret.

Sanè transibant ita aquæ fluminis fortes ac magna (v 7) ^{Es. VIII, 8.}
per Jehuda inundabant & transibant, usq; dum ad collum per-
tingerent, capite solo eminente, hominis instar aquis inunda-
ti ac fere suffocati, ubi vix caput porrigerere potest. Alæ mi-
litares Assyrii Senacheribi, expansæ atque extensæ per totam
terrani Juda, perq; omnes ejus urbes, & primariam re-
licitam Metropolit dirâ provocacione petebat. Sic aquæ Siloe ^{gf. Magnif.}
fluebant sensim, placide ac lente, i.e. viribus non valebant ^{Dn. D. PRÆS.} Juda
& domus Dávid, statu minus robusto ac tenui gaudebant, va- ^{Com. p. 194.}
lidiori Assyrius. Idq; trepidabat Hiskia cum Hierosolyma,
ut scissis vestimentis, laccoq; induit, Prophetam Domini
compellarent: *Dies angustie & increpationis & blasphemie* ^{c. XXXVII, 3.}
dies hæc: ut cum fatus ad procinctum partus venit, & pa-
rientem via eniendi desituit. *Si forte audiat Dominus*
Deum tuum verba Rabshakis, quem Rex Assyriorum Dominus
suis misit ad probro afficendum Deum tuum viventem, & redarguat
verba ista; quæ audivit Dominus Deus tuus: suscipe (levo) ora-
D 3 *tionem*

14. *tionem pro reliquis quis adhuc supersunt.* Expansis insuper
 literis blasphemis coram facie Domini, in domo ejus, benignissimo Numini ardentissimis precibus sese committerent unicè.
 Cui igitur ita fuit accepta tenax fiducia, ut non tantum
 6. per Prophetam optimum Regem solaretur: *Ne timeas propter verba quæ audivisti, quibus me blasphemarunt pueri Regis Assur* — verum promissionem adderet: *Non intrabit civitatem hanc & non jaciet ullam sagittam: & non veniet annus eam clypeus, & non mittere in circuitu ejus aggerem i. e. ab omni incursione atque oppugnatione Senacheribi liberam pronunciaret, ut non tantum non venturus sit in urbem, sed nec ad urbem, quæ oppugnandæ illi sese accingeret, protecturo propugnaturoque* בְּלִרְבָּה הַחֲנוֹן *eandem, propter se ipsum, & propter David servum suum, promissionesq; de conservatione regni & Messia filio illi factas. Atque adeo illa nocte, quæ insequebatur legationem ultimam Senacherib, quæ literas secum attulerat blasphemias, quas Ezechias in domo Domini coram יְהוָה expandebat, ardentissimis precibus Divinum auxilium implorans; illa ipsa nocte, cum forte legati ad Regem suum nondum rediissent, qui si vel in itinere Hieros. versus jamtum fuisset, vel planè eam corona jamtum cinxisset, eosdem prolixis literis non amandassem, egressus est angelus Domini & percussit in castris Assyriorum 185. millia (Hos. I, 7.) interque eos, excepto uno Rege, omnem potentem exercitus & Ducem & Principem 2. Chron. 32, 21. de quibus gloriarabatur Es. 10, 8. *Nonne Principes mei pariter Reges sunt? & legatus 2. Reg. 18, 24. quomodo vertere facies (Hiskia) facies Ducis unius servorum domini mei minimorum?* in illos Assyrii Heroas & Principes purpuratos, in illos illustres potentes ac proceres sæviit angelus, atque ut nemo de vera eorum & exercitus internecione dubitaret, additur: *Ecce omnes illi cadavera.* Insuper cum illa ipsa via, qua venerat, redditurus esset, ita quidem ut non reverteretur, sed gladio in sua ipsius terra periret; *solvit & abiit & reversus est Senacherib Rex Assur**

*Assur & habuit in Ninive. Et cum adoraret in domo Nisroch
Dei sui Adramolech & Sarefer filii ejus percutserunt eum gladio,
Dignum istiusmodi in summum Numeri quam atrocissime blas-
phemio mortis genus, satisque probrosum ac miserum, scelerat-
tissime tamen ab ipsissimis filiis inflatum. Verba sunt proprie-
temphatica, quibus illud Nachum pradixerat? Praecepit de se c. I, 14.
¶¶¶¶ non propagabitur semen de nomine tuo amplius, adeoque
non diu vinctum ipsum, postquam Divinitus fractum esset ju-
gum populo DEI inpositum, ita ut nec alios liberos genera-
vit antequam moreretur, ubi paulo post ante idola trucidatus,
quemadmodum ænigmatica hac descriptione seqvitur: è domo
Deorum tuorum exstinctam scutptile & fusile, qua ponam
sepulchrum tuum quum vilia effectus fuerit q. e. adoranti ido-
la & videnti, aspectus illorum adimetur & simulacra peribunt
ex oculis, quasi ibi non adfuissent conf. 2. Reg 19, 17. Es. 37, 38.
Eiusmodi verò victoria Hiskiae gloriam maximopere illustra-
bat, lautissimaq; præda & maximis fugitiivi Regis ejusdem que
Divinitus deleti exercitus divitiis locupletabat fere univer-
sam Hierosolymam; ut non sine ostentatione graviq; pii ali- Es. XXXIX.
as Regis hallucinatione, legatis Babylonis majori cura
ostenderentur, atque divinum auxilium, cum miraculosa san-
tatione, in Numinis gloriam ethnicis hisce suis let celebratum.*

EXPUGNATIO VI

In terra Asarhaddon in parentis locum succedit, postquam
fratres, parricidae natu maiores, ut Josephus addit, in terram 1. 10. antiq.
Ararat sive in Armeniam evaserunt. Manasses optimi pa- c. 2.
rentis ita præposterus filius, ut avitæ impietatis æmulus, in-
comparabili audacia ad iram Dominum provocabat, cuius tan-
dem ardorem sensit, ubi super eum adduxit principes exerci- 2. Chrō. 33, 11.
tus Assyriorum, qui ceperunt eum compedibus; & vinxerunt
eum duabus catenis, & abire fecerunt in Babel. Hinc no-
stra potissimum quæstio erit, num in hac ipsa Regis abducti-
one Hierosolyma capta fuerit? ubi verbo addi poterit, quo-
modo Babylonem ductus Manasses, & quidem per Assyrios à
quibus

vibus ista inde ab inusitata Senacheribi clade aut paulò post defecerat. Et sanè res omnis aliquanto videtur difficultior, neque id quod præcipue sub disquisitionem nostram venit, ex scriptura satis patet.

Nescio tamen, annon singulare illud studium, quod Manasses post è Babylone redditum in reparandis URBIS mœnibus collocavit, expugnationem probabiliter inducere possit. In primis cum de parente ejus Hiskia pateat, quomodo ædificaverit OMNEM murum diruum, & reparaverit turrem & roboretur Millo -- non facile capitur, quæ ratione firmissimus latissimusq; murus reparatione sub imperio Manassis jam rursus egere potuisset, nisi ab Assyriis Chaldaeisve hinc inde ruptus fractus-que fuisset. Neque enim uno aliquo loco, sed in universo cingulo cicatrices obduxit & interrupta conclusit Manasses; quando struxit murum exteriorem circa montem videlicet Sion: porro ab occidente ad Gichon in valle, & ubi intratur porta piscium, atque adeo per latus occidentale ad septentrionale, quo introitus patebat in portam piscium, reparationem continuauit, donec à septentrionalis & orientis angulo circumiret ad Ophel, in parte orientali Sionis situm. Quid? quod ex I. 10. ant. c. 4. Josephi relatione turrem etiam ædificaverit, quæ Judaici hujus scriptoris temporibus distinctis tribus muriis per ducentorum vid. 1. 6. c. 6. cubitorum intervalla ita erant dispositæ, ut tertius murus (qui dicitur B. Jud. celeb. Historico, isto quidem loco, est murus qui superiore & inferiorem urbem circumdabat) non aginta earum haberet, medius vero murus (à porta Gennath ad Antoniam tendens) in quatuordecim turrem, & antiquus (Sionis) in sexaginta divisæ essent; omne aurem civitatis (illius cuius ambitus erat 60. turrium h. e. Sionis) in gyro spatium triginta tribus stadiis finiretur: ut non pateat, quomodo laboriosa & muri, & turri-um ædificatio, quæ non ita multos ante annos ab Hiskia propter adventantes Assyrios multo studio suscepta fuerat, a filio Manasse iterari debuerit, quod sic interrupta essent, ut in unoquoque latere ruptura non defuerit, nisi Urbe capta, hinc inde fregissent. Quando

Quando vero neq; Rex additur, qvo imperante Manasses cap-
tus fuit, temere etiam ille nominari non debet. Sunt principes
exercitus Assyriorum, qvos Dominus adduxit, sive Regem ha-
buerint Alarchaddonem, sive ejus filium, sive in interregno
tunc nullum. Nam cavendum est ne Asarchaddonem Re-
gem ultimum fuisse credamus, qvi Assyriis imperaverit, et si suc-
cessorum nomina nobis non constant; quandoq; videm Ninive
à Cyaxare Medorum, cui Nebucadnezarem Babyl. Regem non-
nulli addunt, atq; adeo Jojakimi aut Zedekia deum & tate una
cum regno Assyriorum destructa atque absorpta est (Nah. II. 9. Jos. 110. ans
seq. Zeph. II. 13.) qvemadmodum etiam Necho Rex Egypti ex-
ercitum contra Regem Assyriorum ducebat 2 Reg. XIII. 29.

Herod. in
Clio p. 45 ed.
Franc. 1608.
Tob. 14., 13.
Jos. 110. ans
c. 6.

Illud autem est, de qvo dubitari potest, qvomodo fa-
ctum, ut Babylonem ductus fuerit Manasses, cujus tamen ab
Assyriis, post divinitus illatam Senacheribo ejusq; exercitu
cladem, defctionem indicat historia sacra & profana. Hæc ob-
scurius subianuit, quando apud Herodotum legitur, post Medos Herod. ibid.
alias quoque gentes idem fecisse, qvod Medi i.e. ab Assyriis p. 41.
defecisse; ista clarius, quando Merodachum Babyl. Regem ad Reg. XX. 2.
hostem Assyriorum capitalem & maximum Hiskiam legatos & Es. xxxix.
Ios misisse gratulandi causa, testatur: qvod facere ausus omni-
no non kuisset, si Assyrii tributarius, vel ejus vicem Babylo-
ne tantum egisset. Probabile itaq; post interregni Babylonici
octennium, qvod historici numerant, deficiente fortal-
sis regio stemmate, regnum Babylone recepisse Asarhaddonem
Assyriæ Regem, qvod propter teneram occiso parente & statem,
auxiliantibus in primis Divina clade & civilibus discordiis olim
amiserat; et si ejus successores, brevi denuo eodem fuerint ex-
uti. Atque ita, capita & RBE à Principib; exercitus Assyriorum
(Asarchaddonis forte) captus etiā Manasses, compedibus & dua-
bus catenis vincitus Babylonemq; in carcerem ductus, dicatur.
Qvo tamen postquam vera poenitentia enormia sua peccata-
agnovit, DEUMq; quæsivit, non diu retentus; sed DEO
sic volente, ab Assyriis in regnum remissus est, ita ut sub eorum.

clientela manifile videatur; quam filium illius Aramon, ejus
 demque, Josiam quoque, a gnovisse credo, ut ista sit causa, quod
 a. Chron. 33, Dei observantissimus Josias fidem servandam, transitumq; hosti
 20. seq. ipsorum Pharaoni Necho non concedendum censuerit: sed ut
 Zach. XII, II. in occurso ejus perierit Rex piissimus, non sine maximo luctu
 universi populi.

OCCUPATIO VII.

Exstincto vero Rege, missa hac vice Hierosolyma, propera-
 vit iste Necho, ut oppugnaret Carcemishum ad flumen
 Euphratis. Quando enim res Assyrii Regis in dies in pejus
 ire videbat, ut neque Medi, neq; Babylonii, non solum impe-
 rata ipsius non amplius facerent, sed ejus regiones ad se rapen-
 tent; non pretermittendum tempus peropportunum vin-
 dicandi malum, quo Hiskie temporibus gravius suam gentem
 afflixerant Assyrii: Es. XX amplificandive suum imperium ipso-
 rum calamitate non minus, atq; Medi & Babylonii. Verum
 a. Reg. 28, 33, Carcemisho capta praesidiisq; munita, redacta quoque sine du-
 bio omni Syria in potestatem, reversus est Pharaeo, & ligavit
 Jehoachaz Josiae filium, quod mala perpetraret haud secus atq;
 patres, regnumque inconsulto victore, suppresso etiam fratre
 natu majore Eliakim (vid. v. 31. & 36. loc. cit.) usurpaverat, in
 Riblah in terra Chamath, cum regnasset tribus mensibus, ne
 regnaret in Ierusalem: & imposuit multam terrae centum
 34. talenta argenti & talentum auri, Regemq; constituit Eliakim
 filium Josie (maximum) pro Josia patre suo, & verit nomen
 ejus, pro imperio, in subjectionis signum & memoriam, Jebo-
 jachim, & Jehoacham secum duxit in Egyptum, ubi diem obiit.
 Hic denuo solliciti esse debemus circa nostrum argumentum,
 annon Hierosolymam sive vi sive deditione reperit Necho? Et vi-
 debitur necessariò occupasse, sive vi sive deditone, si rite attende-
 rimus, quomodo pro imperio Hierosolymitanis totiq; genti Re-
 gem constituerit, sublato illo, quem populus terrae unixerat, sibiq;
 35. in Regem, parentis Josiae loco, constituerat, multam flagitave-
 rit, & tributarium Regem & universum populum fecerit.

Certe

¶ 35 (35)
Certe sat grave jugum ita libere ac prompte non receperissent, si metropolin Hierosolymam ab hoste liberam habuissent, et si Rex extra urbem interceptus & captus, cum non decesserit filii Iosiae alii, quos Reges creare potuissent. Ex quo igitur prope Occupata urbe concludimus.

OCCUPATIONES UNIVERSAE NEBUCADNEZARIS, carumq[ue] in primis ultima, sive

EXCIDIUM II.

Sed cum Eliakim, vel uti Rex Aegyptius illum vocari voluit Jehojakim, a parentum etiam peccatis non recederet, durissimum ei Dominum excitavit DEUS, Nabuchodonosorum, clarissimum illum in sacris Regem & Monarcham Babyloniorum maximum. Is enim postquam anno IVto Jehojakim Regis ^{Jer. xlvi, 2.} ~~Egypti~~ ^{a. Regxxiv, 7.} Juda, Necho nem Aegypti Regem, universæ tum Syriae Dominum, ingenti prælio superaverat, & copias percusserat quas habebat in Carchemisho ad Euphratem, tuleratque ^ל אֶשְׁר הִזָּה לְמַלֵּךְ מִצְרַיִם OMNE quod erat Regis ^{E.} ~~Aegypti~~ torrente eremi Amos c. VI, 14. ad iugum flumen Euphratem; Judæam etiam, Aegyptio inde à deductione Joachæ vestigalem, sibi subjecit. Idque factum, ut ex l.c. Jeremie, in primis vero c. XXV, r. ejusdem Prophetæ pater, anno Jojakimi IV, ad finem tendente, qui primus fuit Nabuchodonosori Regis Babylonis, notabilisq[ue] terminus à quo annorum 7c. servitutis Judaicæ vid. v. 19. &c 21. citati c. 25. Jer. Non arbitror urbem nostram vitum temporis suisse expugnam, sed Jojakimum sc̄e dedisse, transactumque ut ipse lierolymis amplius regnaret, sed ut Regi Babyl. esset subiectus. Et Iudeus quidem III annis officium suum fecit, postea defecit Aegypti Regis auxilio fortasse fatus. Et licet exercitum mitteret Nebucadnezar, quijudæam admodum vexaret depopularetq[ue], in detectione nihilominus præfracte persistuit ad usq[ue] annum XI. qui Danieli III. dicitur, à tempore ic. defectionis, quam anno im-
^{E. 2.} perli

cōf. Summē perii sui VIII. Jojakimus suscepērat; qvo ipso anno III. vel XI.
 Rev. D. Pr̄f. ipse Rex Nebucadnezar Hierosolymam venit, eam obsedit &
 in Dan. p. 4. simul expugnavit. Dedit enim Dominus in manum ejus Jeho-
 Dan. c. I. 2. jakim Regem Judæ & partem vasorum Domus DEI conf.
 Jer. LII. 28. 2. Chron. 36. 7. qvæ una cum 3052. inter qvos Daniel, in terram
 a Par. 36. 6. Sinear sive Babel abduxit, Regem præterea catenis onerans, qui
 tamen in itinere vita functus, regnum filio Joachim, consen-
 tiente Nebucadnezare, reliquit 2. Reg. 24. 6.

Ille autem regio titulo & honore non diu gaudebat, cum
 & ipse male ageret, ut Nabuchodonosorus perfidiam forte
 metuens, vix tribus mensibus & aliquot diebus præterlapsis
 a Reg. 24. 8. seqq. Hierosolymam cum exercitu rediret. Cumq; circumvalla-
 re, omnibusq; modis eam oppugnare inciperet, Judeus expu-
 gnationem exspectare nolebat; sed ultro egressus cum matre,
 & servis, & principibus ad Regem Babel, qva potuit observan-
 tia & submissione, ei se subjecit, qvæ præmium etiam suo tem-
 pore reportabat non solum vinculorum solutionis: sed hono-
 ficæ Evilmerodachi amicitia 2. Reg. 25. 27. Jam verò omnes
 13. thesauri sacri & regii à Babylonii exhausti, vala etiam & in-
 strum. exta, qvæ aurea fecerat Salomo, confracta. Abducti de-
 14. cies mille cives, inter qvos Ezechiel c. I. 1. 2. una cum artificibus
 16. peritissimis. E Judæa etiam 7000. viri virtutis & artifices 1000.
 Istos omnes אֶל הַאֲרָץ arices terra וְאֶנְשֵׁי viros virtutis, omnes fortes facientes bellum, cum Rege
 Jehoachin, & Regis matre, & uxoribus Regis, & eunuchis
 ejus, ire fecit & adduxit Rex Babel in captivitatem in Babel.

Scilicet isto pacto migrabant Principes præsides-
 Amos VI. 7. qve, ad qvos reliquus populus accedebat, in capite
 migrantium, sive migrabant in principiū, quemad-
 modum principes ducesque in peccatis fuerant. Ita-
 namq; Propheta, ubi c. præced. V. v. ult. X. tribuum abducti-
 onem & transportationem ultra Damascum, septentrionalem
 benedictæ terra limitem, vel extra terminum terræ suæ, ultra
 videlicet Babylonem, in qvam Juda & Benjamin deductæ, in lo-
 ca ma.

ca magis ad Aqvilonem diffusa, indicasset; ad principes utriusque regni, Israelis & Judæ cap. VI. orationem suam dirigit: *Vt tranquilla in Sione & securis in monte Samaria: quod elongarint diem mali, & sedem in sacris tyrannicam occuparint, tum etiam somnum profundum & multum capiant, ut inspondis & lectis suis eburneis computrescere videantur, cui additur comedio opimi cibi, & lascivia, delicata Musica, & ovoφλεγία, vini sc. in crateribus capacioribus absuntio, cum luxu in nitidissimis unguentis; eaque omnia sine animi motu & exigitudine, dum Joseph frangitur, populus sc. misero statu constitutus est.* *Quapropter nunc migrabant in capite migrantium, Darum sullen sienni forn al gehen unter denen / die gesangen weggeföhret werden/ uti optimè Magnus Lutherus noster; atque adeo abductionis seu transportationis poenam hic etiam extendit ad residuas tribus regni Judæ, et si non tino eodemque exilio afflictæ fuerint, ac præcipue, uti dixi, Principes qui populo præerant, compellat, ostenditque, eos in capite migrantium, sive in principiis migraturos, quemadmodum Principes in recensitis peccatis fuerant, & tunc abolitam fore epulationem hominum putrescentium.. Ita vates vaticinatus fuit sicut à Nabuchodonosoro post urbem traditam suscepta est τοι ἡ Αρχ οὐδεὶς ἡχεῖ in Babylōnem cum Jehoachino transportationem; sed & subsequentes alias plagas non tacet, URBIS EXCIDIUM, ejusque plenitudinis, Templi, Regis, populi, traditionem, reliquorum à clade bellica superstitem, vel peste vel fame intercessionem, ubi de excidio illo-hac vice mihi dictandum restabit, brevissimis.*

Nimirum Zedekias, cui alias Mattania nomen, à Babyloniorum Rege substituebatur in locum Jehoachin. Impius omnino Rex illud agebat, quomodo patrum majorumque scelera abominationesque imitaretur. Quare non dubitabat à Domino suo Babylonio deficere & rebellare, qui tamen sacerat jurare illum per DEUM; in primis cum Reges E-
dom

Jer. xxiv, 8.

seqq.

2. Reg. 24, 20.

2. Chr. 36, 13°

3. dom. Moab, Ammon, Tyri & Sydonis ad eum nuncios
 mitterent, qui ad defectionem sollicitarentur. Sed anno IX.
 regni sui, qui idem defectionis erat, decima die mensis
 decimi venit Nabuchodonosorus (Magnus) Rex Babylonie cum
 exercitu & circumvallavit Hierosolymam, quam fame tan-
 guntur, 15. dem non ferro domuit, ut anno Zedekiae X. qui est XVIII.
 Nebu, cadnezaris obsidio adhuc ferveret. Cumque Pharaon
 37. seq. Egypti Rex cum exercitu in Judæorum auxilium veniret,
 Babylonii rati, non manendum, donec ipsi obsidentes ab aliis
 hostibus considerentur, relictis Hierosolymis Egyptiis oc-
 currerunt. Et credibant brevi ex verbo Jeremias, qui angu-
 lus fere oppressum Regem, laborantemque fame urbem,
 non desinebat ad deditio[n]em Divino mandato hortari. Fru-
 stra tamen, usque anno XI. Regis Zedekiae fames prævale-
 ret, ut populo terræ non esset panis. Cumque Babylonii
 4. in urbem irrumperent, fuit illo tempore vox clamoris &
 Zepto. I. 10. porta piscium in latere septentrionali urbis, per quam
 forte primùm venerunt & ululatus ad secundam (me-
 diam) & contrito & miseria magna in collibus (Hiero-
 solymitanis) ut omnes vires belli seu bellatores fugi-
 rent cum Zedekia nocte per viam porta inter duos muros ad
 horum Regi. i. e. per portam fontium Jerem. 52. 7. 8. 9. splen-
 didissimam URBEM cum magnificissimo TEMPOLO flam-
 mis aīg EXCIDIO committentes. Quamvis autem per
 portam fontis, ab hoste per portam piscium irrumpte, remo-
 Reg. XXV. 4. tissimam, felicem fugam sperarent, Chaldaei tamen erant jux-
 racivitatem circumquaque insidiantes, ut ferarum instar in-
 dagine septarum, per profundas ad Austrum Sionis valles cir-
 cumirent, usq[ue]dum rimam invenirent juxta vallem Hin-
 nom, qua versus ortum per loca deserta ad campistria Jericho
 fugerent, ubi Rex Zedekias a Chaldais captus duxitusq[ue] in
 Riblatha ad Regem Babel. Is filios ejus & Principes Judæ-
 ipsa inspectante jugulari iulit; deinceps oculos Zedekiae eruit,
 inustum

39

in istumque compedibus in Babylonem abduxit: ubi inde
seratus est usque ad diem mortis.

Hæc igitur unà cum regno Iudaæ celeberrimæ HIEROSO-
LYMÆ extrema est, Chaldaeorum manu, Duce & Rege Na-
buchodonosoro Magno, infesta EXCISIO æt[us]q[ue] disturbatio
Hæc numero, de qua non uno scriptura loco clarissime 2. Reg. XXV,
traditur, quomodo post captum Zedekiam mensis viij diei Jer. LII.
septima, qui annus est XIX. Nabuchodonosori Regis Babylo- 2. Chron. 36.
niorum, Nabuzaradan servus regis Hierosolymam venerit,
& DOMUM DOMINI & Domum Regiam & omnes domus
Jerusalem & omnem domum magnam IGNE combusserit: mu-
ros etiam circumquaque defruxerit, pretiosiora quæque Ba-
bylonem ducens: ut in ruderibus quæva sepulta jaceret ad usq[ue]
reditum, Cyri benignitate, volente ita Numine, concessum,
quæ lacrymas etiam Nebemia adhuc excitare potuerint. c. I. p. 4.
Hæc inquit, cum in scriptura perspicie lati habeantur. II, 13.
nos manum de tabula. Tu DOMINE, serua
JERUSALEM, ECCLESIAM
Tuam!

IN DISPUTATIONEM DE EXPUGNATIONIBUS HIEROSOLYMITANIS



Lades fregentes, maniumq[ue] stratorum,
Tristes ruine tristius recurrentes,
Urbisq[ue] sancta fata semper adversa,
Illustris argumenta dant tibi pugnae,
SANDHAGEN, optimi emulum decus Fratris.
Iot triumphes! gratulor bonis cæptis.

Fortem palæstræ talis ornat athletam,
In hac arenâ nobilis datur palma,
Non inquinata cedibus trucis dextre,
Net hostium saevi furore prærepta.

*A d' pralianis easiore virtuteo
Inter sonantes accinentium plausus.
Ceu testis eruditio[n]is ablata.
Cruore pulvis iste misus hostili
Colatur arte, q[uo]d contegit priscos
Critico coactus confitetur errores.
Sic arma cedunt ligeris, toga laurus,
Sic gloriose pacis in schola & templo
Examinati legibus bona mentis
Et victor & Victoria triumphantur.*

gratulab. scripsit

J. C. SCHOMERUS, D.

*AD CL. DN. J. G. SANDHAGEN,
Amicum suum affimatiss.*

SUB

MAGNIFICO VARENIO,

DE
EXCIDIS HIEROSOLYMITANIS

publicè disputantem :

Ic qvoq[ue], qvi PORTAS qvondam es TEMPLUMq[ue] locutus,

Nunc SOLYMÆ EVERSAS colligis, edis opes.

Omen adest, portæ Tibi per sacra templa patebunt

Ad magna, ut redeat Te Duce multa salus.

Scilicet ingentes aliorum ostendere clades,

Has evitandi est nōsse, docere viam.

Huc Tua Te ducunt studia, huc & Fratris imago

Splendida præfulget : par eris ; ardor ait.

Sis verò ; niteasq[ue], velut labor iste requirit,

Quem portæ, templum, mænia versi probant !

Omen & volumen

MMq[ue] sc.

Gottlob FRIDERICO Seligman/
hic Metaphys. & Phys. Prof.
Lipst. Ducal. Collegiat.

vinclumque compedibus in Babylonem abduxit: u
eratus est usque ad diem mortis.

Hæc igitur una cum regno Judææ celeberrima H
LYMÆ extrema est, Chaldaorum manu, Duce & I
buchodonosoro Magno, inficta EXCISIO a. d.
Hdi numero, de qua non uno scriptura loco ch
traditur, quomodo post captum Zedekiam mensis
septima, qui annus est XIX. Nabuchodonosori Regi
norum, Nabuzaradan servus regis Hierosolymam
& DOMUM DOMINI & Domum Regiam & om
Jerusalem & omnem domum magnam IGNE combu
ros etiam circumquaque defligerit, pretiosiora q
byloneni ducens: ut in ruderibus quasi sepultajace
reditum, Cyri benignitate, volente ita Numine, co
quæ lacrymas etiam Néhemia adhuc excitare p
Hæc, inquam, cum in scriptura perspicie latiss ha
nos manum de tabula. Tu DOMINE, ser
JERUSALEM, ECCLESIAM

Tuam!

IN DISPUTATIO
DE
EXPUGNATIONIBUS HIEROS



Lades frequentes, moniumq;
Tristes ruine tristius recurre
Urbisque sancta fata semper
Illustris argumenta dant tib
SANDHAGEN, optimi em
I o triumph! gratulor bonis
Fortem palestrâ talis ornat athle
In hac arenâ nobilis datur palma,
Non inquinata cædibus trucis dextr.
Net hostium sevo furore præcepta,

the scale towards document

